The North American Fourth Edition

CAMBRIDGE
LATIN COURSE

UNIT 2

THIS BOOK IS THE PROPERTY OF:

STATE _California_

PROVINCE_____

COUNTY ████████████

PARISH_____

SCHOOL DISTRICT_____

OTHER_____

Book No. _____

Enter information
in spaces
to the left as
instructed

ISSUED TO	Year Used	CONDITION	
		ISSUED	RETURNED
Andrew Harrfield	02-03	New	

PUPILS to whom this textbook is issued must not write on any page or mark any part of it in any way, consumable textbooks excepted.

1. Teachers should see that the pupil's name is clearly written in ink in the spaces above in every book issued.
2. The following terms should be used in recording the condition of the book: New; Good; Fair; Poor; Bad.

HW

Review for Stage 16 test

WB pp 35 + 37

Trans, Stage 16 p. 82

The North American Fourth Edition

Cambridge Latin Course

Unit 2

REVISION TEAM

Stephanie Pope, Chair
Norfolk Academy, Norfolk, Virginia

Patricia E. Bell
Centennial Collegiate and Vocational Institute, Guelph, Ontario

Stan Farrow
*Formerly of the David and Mary Thomson Collegiate Institute,
Scarborough, Ontario*

Richard M. Popeck
Stuarts Draft High School, Stuarts Draft, Virginia

Anne Shaw
*Lawrence High School and Lawrence Free State High School,
Lawrence, Kansas*

CAMBRIDGE
UNIVERSITY PRESS

i

The *Cambridge Latin Course* is an outcome of work jointly commissioned by the Schools Council before its closure and the Cambridge School Classics Project, and is published under the aegis of Qualifications and Curriculum Authority Enterprises Limited in London and the North American Cambridge Classics Project.

Contents

IN MEMORIAM

Ed Phinney

1935–1996

in Britannia

Stage 13

1 hic vir est Gāius Salvius Līberālis.
Salvius in vīllā magnificā habitat.
vīlla est in Britanniā.
Salvius multōs servōs habet.

2 uxor est Rūfilla.
Rūfilla multās ancillās habet.
ancillae in vīllā labōrant.

3 hic servus est Vārica.
Vārica est vīlicus.
vīllam et servōs cūrat.

4 hic servus est Philus.
  Philus callidus est.
  Philus numerāre potest.

5 hic servus est Volūbilis.
  Volūbilis coquus optimus est.
  Volūbilis cēnam optimam
  coquere potest.

6 hic servus est Bregāns.
  Bregāns nōn callidus est.
  Bregāns numerāre nōn potest.
  Bregāns fessus est.
  Bregāns dormīre vult.

7 hic servus est Loquāx.
Loquāx vōcem suāvem habet.
Loquāx suāviter cantāre potest.

8 hic servus est Anti-Loquāx.
Anti-Loquāx agilis est.
Anti-Loquāx optimē saltāre potest.
Loquāx et Anti-Loquāx sunt geminī.

9 Salvius multōs servōs habet.
servī labōrant.
servī ignāvī et fessī sunt.
servī labōrāre nōlunt.

trēs servī

trēs servī in vīllā labōrant. haec vīlla est in Britanniā. servī dīligenter
labōrant, quod dominum exspectant. servī vītam dūram dēplōrant.

Philus:	*(pecūniam numerat.)* iterum pluit! semper pluit! nōs sōlem numquam vidēmus. ego ad Ītaliam redīre volō. ego sōlem vidēre volō.
Volūbilis:	*(cēnam in culīnā parat.)* ubi est vīnum? nūllum vīnum videō. quis hausit? ego aquam bibere nōn possum! aqua est foeda!
Bregāns:	*(pavīmentum lavat.)* ego labōrāre nōlō! fessus sum. multum vīnum bibī. ego dormīre volō. *(Vārica subitō vīllam intrat. Vārica est vīlicus.)*
Vārica:	servī! dominus noster īrātus advenit! apud Cantiacōs servī coniūrātiōnem fēcērunt. dominus est vulnerātus.
Bregāns:	nōs dē hāc coniūrātiōne audīre volumus. rem nārrā!

5

10

15

Britanniā:		**lavat: lavāre**	*wash*
Britannia	*Britain*	**labōrāre nōlō**	*I do not want to*
dūram: dūrus	*harsh, hard*		*work*
dēplōrant:		**fessus**	*tired*
dēplōrāre	*complain about*	**advenit: advenīre**	*arrive*
pluit	*it is raining*	**apud Cantiacōs**	*among the Cantiaci*
sōlem: sōl	*sun*		*(a British tribe)*
Ītaliam: Ītalia	*Italy*	**coniūrātiōnem:**	
redīre volō	*I want to return*	**coniūrātiō**	*plot*
aquam: aqua	*water*	**vulnerātus**	*wounded*
bibere nōn			
possum	*I cannot drink*		
foeda	*foul, horrible*		
pavīmentum	*floor*		

Slave chains.

A neck-chain being worn by volunteers.

Clues to a Roman Mine

Salvius had visited the Cantiaci to inspect an iron mine. The site of one of these mines has been found in southern Britain.

Quantities of slag (waste from extracting the iron) have been found at the site. In the 19th century 225,000 tons (100,000 tonnes) of it were removed from the site and used for road building.

Rusty water at the site shows that there is iron in the ground.

The stamp on a tile shows that the mine was run by the Roman fleet (CLBR stands for classis Britannica).

coniūrātiō

Vārica rem nārrāvit:

"nōs apud Cantiacōs erāmus, quod Salvius metallum novum vīsitābat. hospes noster erat Pompēius Optātus, vir benignus. in metallō labōrābant multī servī. quamquam servī multum ferrum ē terrā effodiēbant, Salvius nōn erat contentus. Salvius servōs ad sē   5
vocāvit et īnspexit. ūnus servus aeger erat. Salvius servum aegrum ex ōrdinibus trāxit et clāmāvit,

"'servus aeger est inūtilis. ego servōs inūtilēs retinēre nōlō.'

"postquam hoc dīxit, Salvius carnificibus servum trādidit. carnificēs eum statim interfēcērunt.   10

"hic servus tamen fīlium habēbat; nōmen erat Alātor. Alātor patrem suum vindicāre voluit. itaque, ubi cēterī dormiēbant, Alātor pugiōnem cēpit. postquam custōdēs ēlūsit, cubiculum intrāvit. in hōc cubiculō Salvius dormiēbat. tum Alātor dominum nostrum petīvit et vulnerāvit. dominus noster erat perterritus;   15
manūs ad servum extendit et veniam petīvit. custōdēs tamen sonōs audīvērunt. in cubiculum ruērunt et Alātōrem audācem interfēcērunt.

metallum	a mine
hospes	host
quamquam	although
ferrum	iron
effodiēbant: effodere	dig
ad sē	to him
ex ōrdinibus	from the rows
inūtilis	useless
carnificibus: carnifex	executioner
nōmen	name
vindicāre voluit	wanted to avenge
itaque	and so
ubi	when
cēterī	the others
pugiōnem: pugiō	dagger
custōdēs: custōs	guard
ēlūsit: ēlūdere	slip past
manūs ... extendit	stretched out his hands
veniam petīvit	begged for mercy
audācem: audāx	daring, bold

"tum Salvius saeviēbat. statim hospitem, Pompēium, excitāvit et īrātus clāmāvit,

"'servus mē vulnerāvit! coniūrātiō est! omnēs servī sunt cōnsciī. ego omnibus supplicium poscō!'

"Pompēius, postquam hoc audīvit, erat attonitus.

"'ego omnēs servōs interficere nōn possum. ūnus tē vulnerāvit. ūnus igitur est nocēns, cēterī innocentēs.'

"'custōdēs nōn sunt innocentēs,' inquit Salvius. 'cum Alātōre coniūrābant.'

"Pompēius invītus cōnsēnsit et carnificibus omnēs custōdēs trādidit."

20

25

saeviēbat: saevīre	be in a rage
cōnsciī: cōnscius	accomplice
supplicium	death penalty
poscō: poscere	demand
nocēns	guilty
innocentēs: innocēns	innocent
coniūrābant: coniūrāre	plot
invītus	unwilling, reluctant

Bregāns

When you have read this story, answer the questions on page 10.

tum Vārica, postquam hanc rem nārrāvit, clāmāvit,

"Loquāx! Anti-Loquāx! dominus advenit. vocāte servōs in āream! ego eōs īnspicere volō."

servī ad āream celeriter cucurrērunt, quod Salvium timēbant. servī in ōrdinēs longōs sē īnstrūxērunt. vīlicus per ōrdinēs 5
ambulābat; servōs īnspiciēbat et numerābat. subitō exclāmāvit,

"ubi sunt ancillae? nūllās ancillās videō."

"ancillae dominō nostrō cubiculum parant," respondit Loquāx.

"ubi est coquus noster?" inquit Vārica. "ego Volūbilem vidēre nōn possum." 10

"Volūbilis venīre nōn potest, quod cēnam parat," respondit Anti-Loquāx.

Bregāns mediīs in servīs stābat; canem ingentem sēcum habēbat.

"ecce, Vārica! rēx Cogidubnus dominō nostrō hunc canem 15
mīsit," inquit Bregāns. "canis ferōcissimus est; bēstiās optimē agitāre potest."

subitō vīgintī equitēs āream intrāvērunt. prīmus erat Salvius. postquam ex equō dēscendit, Vāricam salūtāvit.

"servōs īnspicere volō," inquit Salvius. tum Salvius et Vārica per ōrdinēs ambulābant. ₂₀

puerī puellaeque in prīmō ōrdine stābant et dominum suum salūtābant. cum puerīs stābant geminī.

"salvē, domine!" inquit Loquāx.

"salvē, domine!" inquit Anti-Loquāx. ₂₅

Bregāns, simulac Salvium vīdit, "domine! domine!" clāmāvit. Salvius servō nihil respondit. Bregāns iterum clāmāvit,

"Salvī! Salvī! spectā canem!"

Salvius saeviēbat, quod servus erat īnsolēns.

"servus īnsolentissimus es," inquit Salvius. Bregantem ferōciter ₃₀ pulsāvit. Bregāns ad terram dēcidit. canis statim ex ōrdine ērūpit et Salvium petīvit. nōnnūllī servī ex ōrdinibus ērūpērunt et canem retraxērunt. Salvius, postquam sē recēpit, gladium dēstrīnxit.

"istum canem interficere volō," inquit Salvius.

"hoc difficile est," inquit Bregāns. "rēx Cogidubnus, amīcus ₃₅ tuus, tibi canem dedit."

"ita vērō, difficile est," respondit Salvius. "sed ego tē pūnīre possum. illud facile est, quod servus meus es."

in āream	*into the courtyard*
sē īnstrūxērunt: sē īnstruere	*draw oneself up*
per ōrdinēs	*along the rows*
sēcum	*with him*
rēx	*king*
Cogidubnus	*Cogidubnus (British ally of the Romans, appointed king under Emperor Claudius)*
equitēs: eques	*horseman*
equō: equus	*horse*
puerī puellaeque	*the boys and girls*
geminī	*twins*
simulac	*as soon as*
īnsolēns	*rude, insolent*
ērūpit: ērumpere	*break away*
nōnnūllī	*some, several*
retraxērunt: retrahere	*drag back*
sē recēpit: sē recipere	*recover*
pūnīre	*punish*
illud	*that*
facile	*easy*

Questions

1 Why did Varica want to inspect the slaves? What did he tell the twins to do (lines 2–3)?

2 In line 4 which two Latin words show that the slaves were in a hurry? Why did they hurry?

3 In lines 8–11 why were the slave-girls and Volubilis missing from the inspection?

4 **canem ingentem sēcum habēbat** (lines 13–14). What did Bregans say about this dog (lines 15–17)?

5 Salvius was an important Roman official. How do lines 18–19 show this? Give two details.

6 How did Salvius react in lines 28 and 29 when Bregans called out to him? Why do you think Salvius called Bregans **insolentissimus** (line 30)?

7 What happened to Bregans after Salvius hit him?

8 How did the dog nearly cause a disaster (lines 31–32)?

9 Who saved the situation? What did they do?

10 **Salvius … gladium dēstrīnxit** (line 33). What did Salvius want to do? Why did he change his mind?

11 **ego tē pūnīre possum** (lines 37–38). Why do you think Salvius is or is not likely to carry out this threat?

12 What impression of Bregans do you get from this story and why?

British hunting dogs were prized all over the world. One is shown here on a Romano-British cup.

Mosaic of a hunting dog.

About the Language I: Infinitives

A Study the following pairs of sentences:

Loquāx cantat.
Loquax is singing.

Loquāx **cantāre** vult.
*Loquax wants **to sing**.*

servī dominum vident.
The slaves see the master.

servī dominum **vidēre** nōlunt.
*The slaves do not want **to see** the master.*

puerī currunt.
The boys are running.

puerī celeriter **currere** possunt.
*The boys are able **to run** quickly.*

Salvius Bregantem pūnit.
Salvius punishes Bregans.

Salvius Bregantem **pūnīre** potest.
*Salvius is able **to punish** Bregans.*

The form of the verb in boldface is known as the infinitive. It usually ends in -re.

B Translate the following examples and write down the Latin infinitive in each sentence:

1 Anti-Loquāx currit. Anti-Loquāx currere potest.
2 Bregāns labōrat. Bregāns labōrāre nōn vult.
3 geminī fābulam audīre volunt.
4 puerī festīnāre nōn possunt.

C Verbs, like nouns, belong to families. Verb families are called conjugations. The vowel that precedes the **-re** of the infinitive determines the conjugation to which the verb belongs.

For example:
First Conjugation   cantāre
Second Conjugation   vidēre
Third Conjugation   currere
Fourth Conjugation   pūnīre

To which conjugation do the following verbs belong?

1 dūcere
2 dormīre
3 postulāre
4 habēre
5 festīnāre
6 manēre
7 audīre
8 facere

D The verbs **volō**, **nōlō**, and **possum** are often used with an infinitive. Each forms its present tense as follows:

(ego)	volō	*I want*	(ego)	nōlō	*I do not want*
(tū)	vīs	*you (s.) want*	(tū)	nōn vīs	*you (s.) do not want*
	vult	*s/he wants*		nōn vult	*s/he does not want*
(nōs)	volumus	*we want*	(nōs)	nōlumus	*we do not want*
(vōs)	vultis	*you (pl.) want*	(vōs)	nōn vultis	*you (pl.) do not want*
	volunt	*they want*		nōlunt	*they do not want*

(ego)	possum	*I am able*
(tū)	potes	*you (s.) are able*
	potest	*s/he is able*
(nōs)	possumus	*we are able*
(vōs)	potestis	*you (pl.) are able*
	possunt	*they are able*

E **possum**, **potes**, etc. can also be translated as "I can," "you can," etc.:

nōs dormīre nōn possumus.   *We are not able to sleep*
or We cannot sleep.

ego leōnem interficere possum.   *I am able to kill the lion*
or I can kill the lion.

F Further examples:

1 ego pugnāre possum.
2 nōs effugere nōn possumus.
3 tū labōrāre nōn vīs.
4 coquus cēnam optimam parāre potest.
5 celeriter currere potestis.
6 in vīllā manēre nōlō.
7 labōrāre nōlunt.
8 vīnum bibere volumus.

Salvius fundum īnspicit

postrīdiē Salvius fundum īnspicere voluit. Vārica igitur eum per fundum dūxit. vīlicus dominō agrōs et segetem ostendit.

"seges est optima, domine," inquit Vārica. "servī multum frūmentum in horreum iam intulērunt."

Salvius, postquam agrōs circumspectāvit, Vāricae dīxit,   5

"ubi sunt arātōrēs et magister? nōnne Cervīx arātōribus praeest?"

"ita vērō, domine!" respondit Vārica. "sed arātōrēs hodiē nōn labōrant, quod Cervīx abest. aeger est."

Salvius eī respondit, "quid dīxistī? aeger est? ego servum   10
aegrum retinēre nōlō."

"sed Cervīx perītissimus est," exclāmāvit vīlicus. "Cervīx sōlus rem rūsticam cūrāre potest."

"tacē!" inquit Salvius. "eum vēndere volō."

simulatque hoc dīxit, duōs servōs vīdit. servī ad horreum   15
festīnābant.

"quid faciunt hī servī?" rogāvit Salvius.

"hī servī arātōribus cibum ferunt, domine. placetne tibi?" respondit Vārica.

agrōs: ager	*field*
segetem: seges	*crop, harvest*
frūmentum	*grain*
horreum	*barn, granary*
intulērunt: īnferre	*bring in*
arātōrēs: arātor	*plowman*
magister	*foreman*
nōnne	*surely*
praeest: praeesse	*be in charge of*
eī	*to him*
perītissimus: perītus	*skillful*
sōlus	*alone, only*
rem rūsticam: res rūstica	*the farming*
cūrāre	*look after, supervise*
simulatque	*as soon as*
hī	*these*
ferunt: ferre	*bring*

"mihi nōn placet!" inquit Salvius. "ego servīs ignāvīs nūllum   *20*
cibum dō."

tum dominus et vīlicus ad horreum prōcessērunt. Salvius tamen
duo aedificia vīdit. ūnum aedificium erat sēmirutum.

"quid est hoc aedificium?" inquit Salvius.

"horreum novum est, domine!" respondit vīlicus. "alterum   *25*
horreum iam plēnum est. ego igitur horreum novum aedificāre
voluī."

"sed cūr sēmirutum est?" inquit Salvius.

Vārica respondit, "ubi servī horreum aedificābant, domine, rēs
dīra accidit. taurus, animal ferōx, impetum in hoc aedificium fēcit.   *30*
mūrōs dēlēvit et servōs terruit."

"quis taurum dūcēbat?" inquit Salvius. "quis fuit neglegēns?"

"Bregāns!"

"ēheu!" inquit Salvius. "ego Britannīs nōn crēdō. omnēs
Britannī sunt stultī, sed iste Bregāns est stultior quam cēterī!"   *35*

ignāvīs: ignāvus	*lazy*	impetum: impetus	*attack*
aedificia: aedificium	*building*	fuit	*has been*
dīra	*dreadful, awful*	neglegēns	*careless*
taurus	*bull*	Britannīs: Britannī	*Britons*
animal	*animal*		

About the Language II: -que

A In this Stage, you have met a new way of saying "and" in Latin:

puerī puellae**que**   *boys and girls*

Note that **-que** is added on to the end of the second word.

B **-que** can also be used to link sentences together:

dominus ex equō dēscendit vīllam**que** intrāvit.
The master got off his horse and went into the house.

Further examples:

1 Vārica servōs ancillāsque īnspexit.
2 Bregāns canisque in ōrdine stābant.
3 Salvius āream intrāvit Vāricamque salūtāvit.

Practicing the Language

A Complete each sentence of this exercise with the most suitable infinitive from the box below. Then translate the whole sentence. Do not use any infinitive more than once.

īnspicere	numerāre
manēre	dormīre
labōrāre	bibere

1 Philus est callidus. Philus pecūniam . . . . . potest.
2 Loquāx et Anti-Loquāx sunt fessī. puerī . . . . . volunt.
3 Salvius est dominus. Salvius servōs et fundum . . . . . vult.
4 Cervīx est aeger. Cervīx . . . . . nōn potest.
5 Volūbilis laetus nōn est. Volūbilis aquam . . . . . nōn vult.
6 servī contentī nōn sunt. servī in vīllā . . . . . nōlunt.

B Complete each sentence with the correct form of the noun. Then translate each sentence.

1 (agricola, agricolae) in fundō labōrābat.
2 (custōs, custōdēs) fūrem nōn vīdērunt.
3 (servus, servī) epistulās longās scrībēbant.
4 cūr (canis, canēs) prope iānuam lātrābat?
5 (senex, senēs), quod multam pecūniam habēbat, vīllam magnificam aedificāvit.
6 (amīcus, amīcī), postquam in forō convēnērunt, ad tabernam contendērunt.

C Fill in the gaps in this story with the most suitable verb from the box below, and then translate the whole story. Do not use any word more than once.

cōnspexī	pulsāvī	vituperāvī	obdormīvī	fūgī
cōnspexistī	pulsāvistī	vituperāvistī	obdormīvistī	fūgistī
cōnspexit	pulsāvit	vituperāvit	obdormīvit	fūgit

servus in cubiculō labōrābat. servus, quod erat fessus, in cubiculō . . . . . . Salvius, postquam cubiculum intrāvit, servum . . . . . . ; statim fūstem cēpit et servum . . . . . .

Rūfilla, quod clāmōrēs audīvit, in cubiculum ruit.

Rūfilla: tū es dominus dūrus! cūr tū servum . . . . . ?
Salvius: ego servum . . . . . , quod in cubiculō dormiēbat.
Rūfilla: heri, tū ancillam meam . . . . . , quod neglegēns erat. ancilla perterrita erat, et ē vīllā . . . . . .
Salvius: in vīllā meā ego sum dominus. ego ancillam . . . . . , quod ignāva erat.

D Copy the following exercise onto your own paper. For each number you will need to cross out the words in the given case, and then translate the resulting sentence. For example, if "dative singular" is listed after the number, then you will cross out every word in the dative singular.

1 **accusative singular**: ignāvum custōdem custōdēs innocentēs mē arātōrem innocentem eam nūllum interficere aedificium nōlumus

2 **dative singular**: Salviō servō Salvius servum neglegentī ignāvō coniūrātiōnī neglegentem mihi tibi pūnīre potest

3 **accusative plural**: arātōrī cēterōs vōs aegrō ferōcēs vītās cibum custōdēs dare novōs nōs nōlunt

4 **dative plural**: fessīs hospitibus Bregāns vōbīs dominīs canibus novīs canem arātōribus ostendere aegrīs vult

5 **accusative singular and dative plural**: vīlicus vīlicum vōbīs servōs cēterīs servīs servum ferrum nōbīs eum geminīs īnspiciēbat

6 **dative singular and accusative plural**: vōs servī tibi segetēs ferrum novō aedificiō ē terrā omnēs effodere vītās possunt

Britannia

> ... the spine-chilling sea and the Britons at the very end of the earth.

> Catullus

> The population of the island is countless. Houses rather like those in Gaul are to be seen everywhere and there are enormous numbers of cattle. They use either bronze or gold coinage.

> Julius Caesar

Although the Romans thought of Britannia as a strange and distant land at the very edge of the known world, the island had its own highly developed civilization before the Romans arrived. We know from archaeological evidence that the Britons or Celts were very good metalworkers, carpenters, weavers, and farmers. They exported grain, cattle, gold, silver, iron, hides, hunting dogs, and slaves. The Roman concept of civilization was essentially urban-centered. The Celts were tribal, agricultural peoples and Britannia primarily a rural province. Therefore Romans, writing about the Britons, did not usually recognize the Celtic achievements.

Celtic bronze hand mirror.

The discovery of coins everywhere indicates that this was no longer a barter economy.

Bronze and enamel ornament from a horse harness, showing the artistry of British craftsmen.

The Romans who conquered: Julius Caesar (left) and the Emperor Claudius (right).

The British Tribes

When the Romans invaded Britain, they had to fight against many separate Celtic tribes. These tribes had certain things in common. They all spoke the Celtic language (the basis of Welsh, Irish, and Gaelic today); they used weapons of iron; they were ruled by kings or queens advised by a council of warriors. A chieftain was a wealthy landowner who controlled a small area and owed his loyalty to a king or queen. Most chieftains maintained a band of warriors who practiced their fighting skills by hunting wild animals and raiding settlements belonging to other tribes.

This is an artist's reconstruction of the head of a man whose body was found preserved in a peat bog.

Celtic art was characterized by abstract rhythmic patterns, spiral curves, and stylized imaginary animals. Most Celtic art has been found decorating everyday objects made of pottery and various metals.

Celtic religion was in the hands of the Druids. These were powerful priests who acted as judges in disputes, kept the oral traditions and knowledge of the tribe, and worshiped the gods in sacred woodlands with ceremonies that sometimes included human sacrifice. They encouraged fierce British resistance to the Roman invasion.

The Roman Conquest

The first Roman general to lead his soldiers into Britain was Julius Caesar, in 55 B.C. Caesar wrote an account of his visit to Britain, in which he described the inhabitants as fierce warriors, living on good

agricultural or pasture land, in a country rich in timber and minerals. Their skills included not only farming but also making pottery and working with iron and bronze.

Caesar wanted to find out whether the wealth of Britain was worth the trouble of occupying it with Roman troops. But after another short visit in 54 B.C., he did not explore any further. His attention was diverted to wars elsewhere, first against the Gauls and then against his own Roman government. Ten years later, he was assassinated.

Caesar's great-nephew, Augustus, became the first Roman emperor. He and his immediate successors did not consider Britain to be worth the trouble of conquering. But in A.D. 43 the Emperor Claudius decided to invade. Perhaps he had received fresh information about British wealth; more probably he needed some military success for his own prestige. Claudius did not lead the invasion force himself, but he followed it, spending sixteen days in Britain, watching his army's assault on Camulodunum (Colchester) and giving official approval to the actions of his commander, Aulus Plautius.

Eleven British kings surrendered after this campaign, and Britain was declared a Roman province, with Aulus Plautius as its first governor. This meant that the Romans were taking over the country as part of their

Aulus Plautius' men dug these ditches to defend their camp at Richborough. The fortifications were added later, in the third century A.D.

Claudius built a triumphal arch at Rome to celebrate the capture of Britain. Part of the inscription survives.

Claudius also pictured his arch on his coins.

The Romans set up cities in Britain, with forums and temples. This is a model of the temple of the deified Emperor Claudius at Camulodunum.

empire. From then on, Roman officials would enforce Roman law and collect Roman taxes. Romans would be able to buy land in Britain and use it for agriculture or mining. The Roman army, fed by an annual tribute in grain and hogs, would be present to keep the peace in the province, firmly and sometimes brutally.

The stories in Stages 13 to 16 are set in the time of Britain's most famous governor, Gnaeus Julius Agricola. Agricola stayed in the province for seven years (A.D. 78–85). He led his army into the Scottish highlands where he built a number of forts, some of which are still being discovered by aerial photography. He effectively put an end to Scottish resistance in A.D. 84 at the battle of Mons Graupius in Scotland.

Romanization

Agricola's mission in Britain was not just military victory. Agricola also stopped civic corruption and abuses in tax collection. In addition, according to his son-in-law, the historian Tacitus, Agricola "wanted to accustom the Britons to a life of peace, by providing them with the comforts of civilization. He gave personal encouragement and official aid to the building of temples, forums, and houses. He educated the sons of the chiefs ... so that instead of hating the Latin language, they were eager to speak it well."

In Stage 14 we will see how some British farmers began to build country villas in the Roman style. Towns, too, built or rebuilt on the

Roman road (Watling Street) still in use in Britain.

Roman grid system, were centered about a forum, with its town hall and law court, and included other public buildings such as public baths, temples, theaters, and amphitheaters. The Romans were remarkably tolerant of religions differing from their own and many Celtic gods were given classical clothing and symbols and assimilated into the Roman pantheon: Apollo-Maponus, Mars-Cocidius, Sulis-Minerva.

Latin became the vehicle of all official business, of law, and of commerce. Gradually, a network of new roads spread across the province. The roads were originally built for the use of Roman soldiers, but before long they were being extensively used by merchants as well. Trade between Britain and the continent of Europe increased rapidly. British pottery works began to imitate Roman bronzeware and earthenware. Roman peace and security promoted the interchange of ideas, material wealth, and new elegance and comfort.

Some Britons became very wealthy from trade and welcomed the Romans enthusiastically; many of the leading families responded to Agricola's encouragement to adopt a Roman lifestyle. Other Britons suffered severely from the arrival of the Romans; others again were hardly affected at all. Many no doubt had mixed feelings about becoming part of the Roman empire. It gave them a share in Roman prosperity and the Roman way of life, but it also meant Roman taxes and a Roman governor backed by Roman troops. However, whether welcome or unwelcome, the Romans were to remain in Britain for nearly four hundred years.

Britain in the first century A.D.

BRIGANTES

Eboracum

Lindum

Deva

LEAD   **LEAD**

Viroconium

ICENI

Watling Street

Camulodunum

GOLD

Fosse Way

Verulamium

Calleva

Londinium

Rutupiae

Aquae Sulis

ATREBATES

CANTIACI

Dubris

LEAD   REGNENSES   **IRON**

DUROTRIGES

Noviomagus

Maiden Castle

Fishbourne

Isca

TIN

Imports and Exports

Among the items exported from Britain in Roman times were grain, hunting dogs, and metals: iron, gold, tin, and lead. In return, Britain imported wine, oil, and other goods from Rome and the rest of the empire.

A lead miner.

Jars of imported wine buried with a wealthy Briton who lived before the Roman conquest.

Important Events and Dates

Emperor	Year	Event
	B.C.	
	55–54	Julius Caesar's expeditions to Britain.
	44	*Caesar assassinated.*
Augustus	27	*The first emperor.*
	A.D.	
Tiberius	14	
Gaius (Caligula)	37	
Claudius	41	
	43	Invasion of Britain under Aulus Plautius. Claudius enters Colchester in triumph. Vespasian's expedition against the Durotriges. Britain becomes a Roman province.
	51	Defeat of Caratacus in Wales.
Nero	54	
	60/61	Revolt of Boudica in East Anglia.
Vespasian	69	*Civil war in Italy.*
	75	The building of Fishbourne palace begins.
	78	Agricola comes to Britain as Governor.
Titus	79	*Eruption of Vesuvius.*
	80	Agricola's Scottish campaigns begin.
Domitian	81	Salvius is sent to Britain.
	84	Battle of Mons Graupius.
Honorius		
	410	Romans cease to defend Britain.

Salvius

Gaius Salvius Liberalis was born in central Italy but, like many ambitious and clever young men, he soon moved to Rome, where he gained a reputation for speaking his mind. After becoming a successful lawyer, he was made a Roman senator, probably by the Emperor Vespasian. In A.D. 78, at a very early age, he was chosen as one of the Arval brotherhood, a group of twelve distinguished men who met to perform religious ceremonies and in particular to pray for the emperor and his family. Salvius was also put in command of a legion; not only was this a great honor, but it also could lead to further honors in the future. Not long afterwards (that is, about 40 years after the Roman occupation), in about A.D. 81, Salvius was sent to help Agricola, the Roman governor of the province of Britain.

Salvius' main task was probably to supervise the law courts and look after the southern part of the province while Agricola was away fighting in the north. He would have traveled around the country acting as a judge; he may also have arranged for some of the money raised by farming and mining in Britain to be sent regularly to the emperor in Rome. Our stories imagine Salvius and his wife Rufilla living in an impressive villa not far from Noviomagus (Chichester) on the south-east coast of Britain.

Our knowledge of Salvius comes mainly from the details on a gravestone discovered in central Italy and an inscription found in a wood near Rome. He is also mentioned by two Roman writers, Pliny and Suetonius. Another gravestone has been found dedicated by his son:

> **Gaius Salvius Vitellianus set this up in his lifetime to Vitellia Rufilla, daughter of Gaius, wife of Gaius Salvius Liberalis the consul, priestess of the Welfare of the Emperor, best of mothers.**

An artist's impression of Salvius. How closely does it fit your idea of his character?

Word Study

A Give a derivative from the Vocabulary Checklist to match each definition. Use the underlined word as a clue.

1. a large <u>building</u> *edifice*
2. able to be <u>wounded</u> *vulnerable*
3. a person <u>new</u> to an activity *novice*
4. to render of <u>no</u> value
5. to <u>keep</u> in one's possession *retain*

B Give derivatives of **dīcō** suggested in the phrases below.

1. to assert the opposite   *contra*dict
2. to foretell   _ _ _ dict
3. an official order/proclamation *e*dict
4. farewell speaker at a graduation *vale*dict*orian*
5. a blessing   *bene*dict*ion*
6. legal power to hear cases   *juris*dict*ion*

C Match the definitions to the derivatives of **cantō**.

- *c* 1 recant
- *f* 2 incantation
- *e* 3 disenchant
- *d* 4 canticle
- *g* 5 cantata
- *a* 6 chanticleer
- *b* 7 cantor

- a a rooster
- b singer of solos in a church/synagogue
- c to withdraw beliefs formerly held
- d hymn words taken directly from the Bible
- e to set free from illusion
- f singing a magical spell
- g a musical composition sung, not acted

This spectacular gold torque (neck-ornament) was made about 70 B.C., presumably for a British chieftain.

Stage 13
Vocabulary Checklist

Verbs are now listed by their principal parts.
For further explanation see page 216, paragraph G.

adveniō, advenīre, advēnī	*arrive*
aedificium	*building*
aeger: aegrum	*sick, ill*
alter: alterum	*the other, the second*
cantō, cantāre, cantāvī	*sing*
cēterī	*the others, the rest*
coniūrātiō: coniūrātiōnem	*plot*
custōs: custōdem	*guard*
dēcidō, dēcidere, dēcidī	*fall down*
dīcō, dīcere, dīxī	*say*
excitō, excitāre, excitāvī	*arouse, wake up*
fessus	*tired*
horreum	*barn, granary*
interficiō, interficere, interfēcī	*kill*
ita vērō	*yes*
nōlō, nōlle, nōluī	*do not want, refuse*
novus	*new*
nūllus	*not any, no*
numerō, numerāre, numerāvī	*count*
ōrdō: ōrdinem	*row*
possum, posse, potuī	*can, be able*
retineō, retinēre, retinuī	*keep*
ruō, ruere, ruī	*rush*
sē	*himself, herself, themselves*
sum, esse, fuī	*be*
trahō, trahere, trāxī	*drag*
vīta	*life*
volō, velle, voluī	*want*
vulnerō, vulnerāre, vulnerāvī	*wound*

APUD SALVIUM

Stage 14

1

              multae amphorae sunt in plaustrō.

Vārica: Phile! portā hanc amphoram in vīllam!

Philus: amphora magna est. difficile est mihi magnam amphoram
               portāre.

Vārica: cūr?

Philus: quod ego sum senex.

2

              Vārica geminōs in āreā cōnspicit.

Vārica: Loquāx! Anti-Loquāx! portāte hanc amphoram in vīllam!

Loquāx: amphora gravis est. difficile est nōbīs amphoram gravem
               portāre.

Vārica: cūr?

Loquāx: quod nōs sumus puerī.

3

> Bregāns prō amphorīs stat.

Vārica: Bregāns! portā hās amphorās in vīllam!

Bregāns: amphorae gravēs sunt. difficile est mihi amphorās gravēs portāre.

Vārica: sed necesse est!

Bregāns: cūr?

Vārica: necesse est tibi amphorās portāre quod Philus est senex, quod Loquāx et frāter sunt puerī, et ...

Bregāns: quod tū es vīlicus!

Rūfilla

Rūfilla in cubiculō sedet. duae ōrnātrīcēs prope eam stant et crīnēs compōnunt.
Salvius intrat. Rūfilla, simulatque eum cōnspexit, ōrnātrīcēs ē cubiculō dīmittit.

Rūfilla: Salvī! vir crūdēlis es. ego ad hanc vīllam venīre
nōlēbam. in urbe Londiniō manēre volēbam.
Londinium est urbs pulcherrima, ubi multās amīcās   5
habeō. difficile est mihi amīcās relinquere. nōn
decōrum est mātrōnae Rōmānae sine amīcīs habitāre.

Salvius: Rūfilla! quam levis es! ubi in urbe Londiniō
habitābāmus, cotīdiē ad mē veniēbās. cotīdiē mihi ita
dīcēbās, "Semprōnia, amīca mea, est fortūnātior quam   10
ego. marītum optimum habet. marītus eī rēs pretiōsās
semper dat. vīllam rūsticam eī prōmīsit. ego quoque
vīllam rūsticam habēre volō, sed tū mihi nihil dās."
tandem vīllam rūsticam tibi dedī, sed etiam nunc nōn
es contenta.   15

Rūfilla: sed ego prope urbem habitāre volēbam. haec vīlla ab
urbe longē abest.

Salvius: tū ipsa hanc vīllam ēlēgistī. ego, quamquam pretium
magnum erat, eam libenter ēmī. nōnne haec vīlla est
ēlegāns? nōnne etiam magnifica?   20

Rūfilla: sed hiems iam appropinquat. amīcae meae semper in
urbe hiemant. nōn commodum est mihi in vīllā
hiemāre. decōrum est mihi cum amīcīs hiemāre.
mātrōna Rōmāna sum. amīcās meās vīsitāre nōn
possum. in hōc locō sōla sum.   25

Salvius: quid dīxistī? sōla es? decem ancillās habēs, novem
servōs, duās ōrnātrīcēs, coquum Aegyptium ...

Rūfilla: et marītum dūrum et crūdēlem. nihil intellegis! nihil
cūrās!
(*exit lacrimāns.*)   30

ōrnātrīcēs:		vīllam rūsticam:	
ōrnātrīx	hairdresser	vīlla rūstica	a country house
dīmittit:	send away,	etiam	even
dīmittere	dismiss	ab urbe	from the city
crūdēlis	cruel	tū ipsa	you yourself
Londiniō:		pretium	price
Londinium	London	libenter	gladly
amīcās: amīca	friend	ēlegāns	tasteful, elegant
relinquere	leave	hiems	winter
decōrum: decōrus	right, proper	appropinquat:	
mātrōnae: mātrōna	lady	appropinquāre	approach
sine	without	hiemant: hiemāre	spend the winter
levis	changeable,	commodum:	
	inconsistent	commodus	convenient
fortūnātior:		novem	nine
fortūnātus	lucky	lacrimāns	crying, weeping

A lady with four ōrnātrīcēs.

Domitilla cubiculum parat

I

"Domitilla! Domitilla! ubi es?" clāmāvit Marcia. Marcia anus erat.

"in hortō sum, Marcia. quid vīs?" respondit Domitilla.

"necesse est nōbīs cubiculum parāre," inquit Marcia. "domina familiārem ad vīllam invītāvit."

"ēheu!" inquit Domitilla. "fessa sum, quod diū labōrāvī."   5

"puella ignāvissima es," inquit Marcia. "domina ipsa mē ad tē mīsit. necesse est tibi cubiculum verrere. necesse est mihi pavīmentum lavāre. curre ad culīnam! quaere scōpās!"

Domitilla ad culīnam lentē ambulābat. īrāta erat, quod cubiculum verrere nōlēbat.   10

"ego ōrnātrīx sum," inquit. "nōn decōrum est ōrnātrīcibus cubiculum verrere."

subitō Domitilla cōnsilium cēpit et ad culīnam quam celerrimē festīnāvit. simulac culīnam intrāvit, lacrimīs sē trādidit.

Volūbilis attonitus, "mea columba," inquit, "cūr lacrimās?"   15

"lacrimō quod miserrima sum," ancilla coquō respondit. "tōtum diem labōrāvī. quam fessa sum! nunc necesse est mihi cubiculum parāre. nōn diūtius labōrāre possum."

"mea columba, nōlī lacrimāre!" inquit Volūbilis. "ego tibi cubiculum parāre possum."   20

"Volūbilis! quam benignus es!" susurrāvit ancilla.

coquus cum ancillā ad cubiculum revēnit. dīligenter labōrāvit et cubiculum fēcit pūrum. ancilla laeta

"meum mel!" inquit, "meae dēliciae!" et coquō ōsculum dedit.

coquus ērubēscēns ad culīnam rediit.   25

anus	*old woman*	miserrima	*very miserable, very sad*
necesse	*necessary*		
familiārem: familiāris	*relation, relative*	diūtius	*any longer*
diū	*for a long time*	nōlī lacrimāre	*do not cry*
domina ipsa	*the mistress herself*	pūrum: pūrus	*clean, spotless*
verrere	*sweep*	mel	*honey*
scōpās: scōpae	*broom*	ōsculum	*kiss*
lentē	*slowly*	ērubēscēns	*blushing*
lacrimīs sē trādidit	*burst into tears*		

II

tum Marcia cubiculum intrāvit. anus vix prōcēdere poterat, quod
urnam gravem portābat. Domitilla, ubi Marciam cōnspexit,
clāmāvit,

"ecce! dīligenter labōrāvī. cubiculum fēcī pūrum. nunc necesse
est tibi pavīmentum lavāre."   5

Marcia, quamquam erat attonita, Domitillae nihil dīxit. sōla
pavīmentum lavābat. tandem rem cōnfēcit.

Domitilla statim ad Rūfillam festīnāvit.

"domina," inquit, "cubiculum tibi parāvimus, et pavīmentum
fēcimus nitidum."   10

Rūfilla cubiculum cum Domitillā intrāvit et circumspectāvit.

"bene labōrāvistis, ancillae," inquit. "sed, quamquam nitidum
est pavīmentum, nōn decōrum est familiārī meō in hōc cubiculō
dormīre. nam cubiculum est inēlegāns. necesse est nōbīs id
ōrnāre."   15

"tablīnum est ēlegāns," inquit Domitilla. "in tablīnō, ubi
dominus labōrat, sunt multae rēs pretiōsae."

"ita vērō," inquit Rūfilla, "in tablīnō est armārium
ēlegantissimum. in tablīnō sunt sella aēnea et candēlābrum
aureum. age! Domitilla, necesse est nōbīs ad tablīnum īre."   20

vix	*hardly, scarcely*	ōrnāre	*decorate*
urnam: urna	*jar, jug*	armārium	*chest, cupboard*
sōla	*alone, on her own*	aēnea	*made of bronze*
nitidum: nitidus	*gleaming, brilliant*	candēlābrum	*lamp-stand,*
bene	*well*		*candelabrum*
nam	*for*	aureum: aureus	*golden, made of gold*
inēlegāns	*unattractive*	age!	*come on!*
id	*it*	īre	*go*

*A comb and manicure set
from Roman London.*

About the Language I: Adjectives

A Study the following sentences:

> servus **īrātus** nōn labōrābat.
> *The **angry** slave was not working.*

> dominus servō **fessō** praemium dedit.
> *The master gave a reward to the **tired** slave.*

> agricola servum **ignāvum** pūnīvit.
> *The farmer punished the **lazy** slave.*

The words in boldface are adjectives. They are used to describe nouns. In each of these examples, the adjective is describing the slave.

B Adjectives change their endings to match the *case* of the noun they describe.

In the first sentence above, **īrātus** is nominative because it describes a nominative noun (**servus**).
In the second sentence, **fessō** is dative because it describes a dative noun (**servō**).
In the third sentence, **ignāvum** is accusative, because it describes an accusative noun (**servum**).

C Translate the following examples:

1 ancilla perterrita ad culīnam contendit.
2 coquus ancillam perterritam salūtāvit.
3 cīvēs mercātōrem fortem laudāvērunt.
4 cīvēs mercātōrī fortī praemium dedērunt.
5 senex fīlium bonum habēbat.
6 senex fīliō bonō vīllam ēmit.

Write down the Latin noun and adjective pair in each sentence and state whether it is nominative, dative, or accusative.

D Adjectives also change their endings to match the *number* (i.e. singular or plural) of the nouns they describe. Compare the following examples with those in section **A**:

> servī **īrātī** nōn labōrābant.
> *The angry slaves were not working.*

> dominus servīs **fessīs** praemium dedit.
> *The master gave a reward to the tired slaves.*

> agricola servōs **ignāvōs** pūnīvit.
> *The farmer punished the lazy slaves.*

E Translate the following examples:

1 fēminae laetae per viās ambulābant.
2 fēmina laeta per viās ambulābat.
3 gladiātor leōnēs ferōcēs necāvit.
4 coquus servīs aegrīs cibum parāvit.
5 pictūra pulchra erat in ātriō.
6 Volūbilis ōrnātrīcem trīstem cōnspexit.

Write down the Latin noun and adjective pair in each sentence and state whether the pair is singular or plural.

F When an adjective changes its ending in this way it is said to *agree*, in case and number, with the noun it describes.

G Adjectives like **magnus**, **parvus**, and **multī**, which indicate *size* or *quantity*, usually come before the noun they describe; other adjectives usually come after the noun.

Translate the following:

1 Bregāns magnum taurum dūcēbat.
2 coquus amīcīs parvam cēnam parāvit.
3 multī Britannī erant servī.
4 fūrēs ingentem serpentem timēbant.
5 Rūfilla duās ancillās in cubiculō vīdit.

in tablīnō

When you have read this story, answer the questions.

postrīdiē Salvius et Philus in tablīnō sunt. intrat Rūfilla.

Rūfilla:	mī Salvī!
Salvius:	occupātus sum! necesse est mihi hās epistulās dictāre.
	ego rem celeriter cōnficere volō. ubi est sella mea?
	(*Salvius sellam frūstrā quaerit.*) 5
	heus! ubi est ista sella?
Rūfilla:	mī cārissime! aliquid tibi dīcere volō.
Salvius:	tē nunc audīre nōn possum. dē hīs epistulīs Philō
	dīcere volō. ecce! servus meus parātus adest. stilī et
	cērae adsunt – heus! ubi est armārium meum? quis 10
	cēpit?
Rūfilla:	Salvī! audī!
	(*tandem Salvius uxōrī cēdit et Philum dīmittit.*)
Salvius:	ēheu! abī, Phile! nōn commodum est mihi epistulās
	dictāre. 15
Rūfilla:	bene! nunc aliquid tibi dīcere possum. ubi in urbe
	Londiniō nūper eram, familiārem convēnī.
Salvius:	tot familiārēs habēs! eōs numerāre nōn possum.
Rūfilla:	sed hic familiāris est Quīntus Caecilius Iūcundus. ubi
	mōns Vesuvius urbem Pompēiōs dēlēvit, Quīntus ex 20
	urbe effūgit. quam cōmis est! quam urbānus!
Salvius:	hercle! ego Pompēiānīs nōn crēdō. paucī probī sunt,
	cēterī mendācēs. ubi in Campāniā mīlitābam, multōs
	Pompēiānōs cognōscēbam. mercātōrēs Pompēiānī nōs
	mīlitēs semper dēcipiēbant. dē mercātōribus 25
	Pompēiānīs audīre nōlō.
Rūfilla:	stultissimus es! familiāris meus nōn est mercātor.
	Quīntus vir nōbilis est. eum ad vīllam nostram invītāvī.
Salvius:	quid dīxistī? Pompēiānum invītāvistī? ad vīllam
	nostram? 30
Rūfilla:	decōrum est mihi familiārem meum hūc invītāre.
	ancillae familiārī meō cubiculum parāvērunt. ancillae,
	quod cubiculum inēlegāns erat, sellam armāriumque
	tuum in eō posuērunt.
Salvius:	īnsāna es, uxor! Pompēiānī mendāciōrēs sunt quam 35
	Britannī. num tū sellam et armārium ē tablīnō
	extrāxistī?

Rūfilla:	et candēlābrum.
Salvius:	prō dī immortālēs! ō candēlābrum meum! ō mē
	miserum!

mī Salvī!	*my dear Salvius!*
heus!	*hey!*
cārissime	*dearest*
aliquid	*something*
cēdit: cēdere	*give in, give way*
bene!	*good!*
nūper	*recently*
convēnī: convenīre	*meet*
tot	*so many*
cōmis	*courteous, friendly*
urbānus	*smart, fashionable*
paucī	*a few*
mīlitābam: mīlitāre	*be a soldier*
cognōscēbam: cognōscere	*get to know*
mīlitēs: mīles	*soldier*
in eō	*in it*
num tū … extrāxistī?	*surely you did not take?*
prō dī immortālēs!	*heavens above!*
ō mē miserum!	*oh wretched me! oh dear!*

Questions

1 Why has Rufilla come to see Salvius?
2 Why does she address him as **mī Salvī** and **mī cārissime**?
3 What does Salvius want to do? Why can he not do this? (Give two reasons from lines 4–11.)
4 Whom has Rufilla met in London? What information does she give about this person in lines 19–21?
5 Why does this news not please Salvius? (lines 22–26)
6 Explain why he becomes angrier in lines 29-30 … and even more upset in lines 35–37.

A wax tablet with a government stamp on the back. Salvius, as a Roman administrator, may have used official tablets like this one.

About the Language II: Adjectives (cont.)

A In the first language note in this Stage you met sentences like this:

> cīvis servum **bonum** laudāvit.
> *The citizen praised the good slave.*

The adjective **bonum** agrees with the noun **servum** in case (accusative) and number (singular). The endings of both words look the same.

B Now study this sentence:

> cīvis servum **fortem** laudāvit.
> *The citizen praised the brave slave.*

The adjective **fortem** agrees with the noun **servum** in case (accusative) and number (singular) as in the previous example. The endings, however, do not look the same. This is because they belong to different declensions, and have different ways of forming their cases. **fortis** belongs to the third declension and **servus** belongs to the second declension.

C Translate the following examples:

1 Quīntus fābulam mīrābilem nārrāvit.
2 in vīllā habitābat senex stultus.
3 gladiātor bēstiās ferōcēs agitābat.
4 dominus amīcō fidēlī dēnāriōs trādidit.
5 multī mercātōrēs vīnum bibēbant.
6 agricola omnibus puerīs pecūniam dedit.

Write down the Latin noun and adjective pair in each sentence and state whether the pair is nominative, dative, or accusative, singular or plural.

Oyster shells are common finds on Roman sites in Britain.

Quīntus advenit

Quīntus ad vīllam advēnit. Salvius ē vīllā contendit et eum
salūtāvit.

"mī Quīnte!" inquit. "exspectātissimus es! cubiculum optimum
tibi parāvimus."

Salvius Quīntum in tablīnum dūxit, ubi Rūfilla sedēbat. Rūfilla,   5
postquam familiārem suum salūtāvit, suāviter rīsit.

"cēnam modicam tibi parāvī," inquit. "tibi ostreās parāvī et
garum Pompēiānum. post cēnam cubiculum tibi ostendere volō."

Salvius, postquam Quīntus cēnam cōnsūmpsit, dē urbe
Pompēiīs quaerēbat.   10

"ubi in Campāniā mīlitābam, saepe urbem Pompēiōs vīsitābam.
nōnne illa clādēs terribilis erat?"

Rūfilla interpellāvit,

"cūr Quīntum nostrum vexās? nōn decōrum est. difficile est
Quīntō tantam clādem commemorāre."   15

Rūfilla ad Quīntum sē convertit.

"fortasse, mī Quīnte, fessus es. cubiculum tibi parāvī.
cubiculum nōn est ōrnātum. in eō sunt armārium modicum et
candēlābrum parvum."

Salvius īrātus nihil dīxit.   20

Quīntus, postquam cubiculum vīdit, exclāmāvit,

"quam ēlegāns est cubiculum! ego nihil ēlegantius vīdī."

"cōnsentiō," inquit Salvius. "cubiculum tuum ēlegantius est
quam tablīnum meum."

exspectātissimus:		commemorāre	*talk about*
exspectātus	*welcome*	sē convertit:	
modicam	*ordinary, little*	sē convertere	*turn*
ostreās: ostrea	*oyster*	ōrnātum: ōrnātus	*elaborately*
garum	*sauce*		*furnished,*
clādēs	*disaster*		*decorated*
terribilis	*terrible*	ēlegantius	*more tasteful*
interpellāvit: interpellāre	*interrupt*		
tantam: tanta	*so great, such a great*		

Questions

1 Find four examples in this story where Salvius and Rufilla are not
   telling the truth. In each case explain why their words are untrue.
2 Why do you think Quintus says so little in this story? Think of two
   reasons.

About the Language III: Prepositional Phrases

Ablative

A Study the following examples:

1 Salvius ē **vīllā** contendit.
   Salvius hurried out of the house.
2 in **tablīnō** est armārium ēlegantissimum.
   In the study there is a very elegant cupboard.
3 haec vīlla ab **urbe** longē abest.
   This house is far from the city.
4 Bregāns prō **amphorīs** stat.
   Bregans is standing in front of the amphorae.
5 nōn decōrum est sine **amīcīs** habitāre.
   It is not right to live without friends.
6 dē **mercātōribus** audīre nōlō.
   I do not want to hear about the merchants.

The words in boldface are nouns in the **ablative case**.

B The ablative case is used with certain prepositions in Latin.
These include:

ā/ab, cum, dē, ē/ex, in, prō, sine, sub.

C Here is a full list of the cases you have met. The new ablative
forms are in boldface:

	FIRST DECLENSION	SECOND DECLENSION	THIRD DECLENSION
SINGULAR			
nominative	puella	servus	leō
dative	puellae	servō	leōnī
accusative	puellam	servum	leōnem
ablative	**puellā**	**servō**	**leōne**
PLURAL			
nominative	puellae	servī	leōnēs
dative	puellīs	servīs	leōnibus
accusative	puellās	servōs	leōnēs
ablative	**puellīs**	**servīs**	**leōnibus**

tripodes argenteī

servī in cubiculō Quīntum vestiunt. ancilla eī togam fert. Anti-Loquāx celeriter intrat.

igitur nāvigāvimus, et mox ad urbem Alexandrīam advēnimus."

variōs: varius	*different*
quō modō	*how*
superfuērunt: superesse	*survive*
vix	*with difficulty*
tam	*so*
fuerat	*had been*
possēderat: possidēre	*possess*
comparāvī: comparāre	*obtain*
Brundisium	*Brindisi (a port on the Adriatic Sea)*
cōnscendimus: cōnscendere	*embark on, go on board*
prīmō	*first*
Athēnīs: Athēnae	*Athens*
frequentābant: frequentāre	*crowd*
mēnsēs: mēnsis	*month*
Aegyptum: Aegyptus	*Egypt*

The Acropolis (or citadel) of Athens. The prominent building is the Parthenon, the temple of Athena (whom the Romans called Minerva).

About the Language II: Questions

A In Unit 1, you met the question-word **num** which is used to suggest that the anticipated answer to the question will be *no*. Notice again the different ways of translating it:

> **num** tū servus es?
> *Surely you're not a slave?*
> *You're not a slave, are you?*

> **num** tū sellam extrāxistī?
> *Surely you didn't take away the chair?*
> *You didn't take away the chair, did you?*

B In Unit 1 you also met **-ne** which is used to elicit the answer *yes* or *no* to a question.

> pater**ne** et māter superfuērunt?
> *Did your father and mother survive?*

C From Stage 13 onwards, you have met the question-word **nōnne** which is used to suggest that the anticipated answer will be *yes*. Notice the different ways of translating it:

> **nōnne** tū hospitibus spectāculum dare vīs?
> *Surely you want to give a show to the guests?*
> *You want to give a show to the guests, don't you?*

> **nōnne** haec vīlla est ēlegāns?
> *Surely this house is elegant?*
> *This house is elegant, isn't it?*

D Further examples:

1 nōnne haec pictūra est pulchra?
2 num perterritus es?
3 tūne effugere poterās?
4 num Bregāns labōrat?
5 nōnne rēx tibi illum canem dedit?

Practicing the Language

A Complete each sentence by selecting the correct pluperfect verb form in the relative clause. Then translate into English:

For example: fabrī, quōs imperātor (mīserat, mīserant), aulam aedificāvērunt.
fabrī, quōs imperātor mīserat, aulam aedificāvērunt.
The craftsmen whom the emperor had sent built the palace.

1 rēx, quī multōs hospitēs (invītāverat, invītāverant), eīs cēnam optimam dedit.
2 prīncipēs, quī ex ātriō (discesserat, discesserant), in āream prōcessērunt.
3 dōnum, quod ego rēgī (dederam, dederat), pretiōsum erat.
4 ancillae, quae ad aulam (venerāmus, vēnerant), nōs dēlectāvērunt.
5 nōs, quī Belimicum (cōnspexerāmus, cōnspexerant), valdē rīsimus.
6 tū, quī ursam (tractāverās, tractāverat), nōn timēbās.

B Complete each sentence with the correct word from those given below, and then translate. You will have to use some words more than once.

NOMINATIVE	Rōmānī	Britannī
DATIVE	Rōmānīs	Britannīs

1 Rōmānī et Britannī ad aulam vēnerant. Cogidubnus Rōmānīs et . . . . . cēnam splendidam dabat.
2 rēx Rōmānīs favēbat. multī . . . . . prope rēgem sedēbant. rēx . . . . . vīnum optimum obtulit.
3 rēx . . . . . nōn favēbat. Cogidubnus Britannīs vīnum pessimum obtulit.
4 multī . . . . . erant īrātī. mox Britannī et . . . . . inter sē pugnābant.

obtulit: offerre *offer*

Translate into English:

Cogidubnus et Vespasiānus

Cogidubnus Quīntō dē vītā suā nārrābat:

"ubi Rōmānī in Britanniam invāsērunt, Claudius legiōnem secundam contrā Durotrigēs mīsit. Vespasiānus, quī hanc legiōnem dūcēbat, ad mē vēnit et auxilium rogāvit. ego Vespasiānō auxilium dedī. Rōmānīs frūmentum comparāvī. 5 Rōmānīs explōrātōrēs dedī. hī explōrātōrēs Rōmānōs celeriter dūxērunt ad regiōnem, ubi Durotrigēs habitābant. Durotrigēs diū resistēbant sed Rōmānī tandem victōrēs erant. Vespasiānus ad mē epistulam scrīpsit.

"'Durotrigēs fortiter pugnāvērunt, sed nōs eōs tandem 10 superāvimus. multōs Durotrigēs necāvimus; multās fēminās līberōsque cēpimus; multōs vīcōs incendimus. nōs Rōmānī fortiōrēs erāmus quam barbarī. facile erat nōbīs eōs superāre.'

"post multōs annōs Rōmānī Vespasiānum imperātōrem fēcērunt. Vespasiānus, quī mihi amīcus fidēlissimus erat, mē 15 honōrāvit. aliam epistulam ad mē mīsit.

"'tē honōrāre volō, quod mihi auxilium ōlim dedistī. decōrum est tibi in aulā habitāre. architectum igitur ex Graeciā arcessīvī, et fabrōs Ītalicōs comparāvī. eōs ad tē mīsī.'

"architectus et fabrī, quōs Vespasiānus mīsit, callidissimī 20 erant. dīligenter labōrāvērunt et hanc aulam aedificāvērunt. ita Vespasiānus mihi benignitātem summam ostendit."

Vespasiānus	*Vespasian (Roman general in British campaigns, A.D. 43; emperor A.D. 69–79)*
invāsērunt: invādere	*invade*
legiōnem: legiō	*legion*
contrā	*against*
Durotrigēs	*Durotriges (name of a British tribe)*
explōrātōrēs: explōrātor	*scout, spy*
regiōnem: regiō	*region*
cēpimus: capere	*take, capture*
vīcōs: vīcus	*village*
incendimus: incendere	*burn, set fire to*
annōs: annus	*year*
Ītalicōs: Ītalicus	*Italian*
benignitātem: benignitās	*kindness*

The Palace at Fishbourne

On the Fishbourne site, underneath the palace, excavators have found the remains of earlier wooden buildings, dating back to the time of the Roman invasion or very shortly afterwards. One of them was a granary. Pieces of metal and a helmet were also found nearby. These discoveries indicate the presence of soldiers; they may have been the soldiers of the Second Legion, commanded by Vespasian, a brilliant young general who led the attack against the Durotriges in the southwest. There was a harbor nearby, where Roman supply ships docked. It is therefore likely that the Romans first used Fishbourne as a military port and supply base.

When the Roman soldiers moved on from Fishbourne, they left behind them a few buildings and some roads. During the next thirty years many improvements were made. The roads were resurfaced and the drainage of this low-lying, rather marshy site was improved. The harbor was developed and merchant ships called regularly. A fine new villa with a set of baths was built in the late sixties. This could have been a residence built by Cogidubnus for himself just three miles (five kilometers) from his new capital town, Noviomagus.

In A.D. 69, Vespasian himself became emperor, and renewed work began on the Fishbourne site about A.D. 75. Perhaps Vespasian was remembering the loyalty of Cogidubnus and was now presenting him with this palace in return for his continued support of the Romans. A vast area of about ten acres was cleared, leveled, and landscaped. The original villa and its baths became part of the southeast corner of a huge new palace.

The bath house (with the white roof) of the original villa was incorporated into the later palace. Notice how close to the sea the palace was.

A Roman Palace for a British King

The palace at Fishbourne was laid out in four long wings around a central garden.

The north wing contained three suites of rooms arranged around two internal courtyards where important guests could stay.

The aisled hall, which had access only from outside the palace, was probably a public assembly hall.

Visitors entered the palace through the imposing entrance hall in the middle of the east wing. Some other rooms in this wing may have provided guest accommodations for less important visitors.

The west wing was built on a platform five feet (1.5 meters) higher than the rest of the palace. In the center stood the impressive audience chamber where the king received his subjects and interviewed officials; the other rooms may have been used as offices.

Today the south wing lies under a modern road and houses, but excavations suggest that it may have been the residential suite for King Cogidubnus and his family, with a colonnaded veranda overlooking an informal terraced garden extending to the sea.

The bath house in the south-east corner was part of the original villa.

Elegant Walls

The Romans' decorative schemes have been reconstructed from fragments.

*One fragment of painted wall plaster from Fishbourne (left) is similar in size to a painting from Stabiae (right).*

A frieze made of fine plaster and some of the marble pieces that decorated the walls (right).

Fashionable Floors

Above and right: Cogidubnus' floors were covered with elegant black-and-white mosaics in geometric patterns. Try drawing the different shapes and work out how they fit together.

This floor, laid by a later owner, had a more complicated pattern. In the center, Cupid rides a dolphin, and legendary sea creatures swim in the semi-circular spaces around.

Specialist craftsmen were brought in from Italy: makers of mosaics, marble-workers, plasterers to make friezes, painters, carpenters, iron-smiths, hydraulic engineers to construct the fountains, and many others. All the construction and detailed manufacturing was carried out on the site itself, where the builders lived and worked for many years. Many traces of the activity of these craftsmen have been found. The floor of the area used by the stonemasons was littered with fragments of marble and colored stone which had been imported from quarries in Italy, the Greek island of Scyros, Asia Minor, and elsewhere. In another area were signs of iron-working where the smiths had manufactured door-hinges, handles, and bolts.

The Palace Gardens

Like the palace, the garden was planned, laid out, and decorated in the most fashionable Italian style. Whoever the owner was, he wanted his palace in Britain to be as Roman as possible.

The open area, which measured approximately 100 by 80 yards (90 by 70 meters), was laid out as a formal garden. The two lawns were not rolled and cut like a modern lawn, but the grass was kept short and tidy. Along the edges of the lawns archaeologists have found deep bedding trenches filled with a mixture of loam and crushed chalk where shrubs

Box hedges have been planted exactly where the Roman bedding trenches were found.

The reconstruction of the garden at Fishbourne features plants which Cogidubnus might have had in his garden. They have been planted there now. **Clockwise from top left:** *acanthus, lily, rose, hyssop, grapevine.*

and flowers such as roses, flowering trees, box, rosemary, lilies, and acanthus would probably have been planted.

A line of deep-set post holes across the eastern side of the garden shows where wooden poles and trellises supported fruit trees and climbing plants. Some of these may have been rambler roses: the Romans were fond of roses and good at growing them.

A broad path, approximately 13 yards (12 meters) wide and surfaced with stone chippings, ran through the middle of the garden leading from the entrance hall to the audience chamber. Paths ran around the outside of the lawns. The garden had drains and was irrigated by spring water through ceramic pipes. A system of underground pipes brought water to the fountains which stood at intervals along the paths. Small marble and bronze statues provided further decoration.

A slave working in the potting shed: a reconstruction at Fishbourne today.

Word Study

A What do the following derivatives of **pōnō**, **pōnere**, **posuī** mean?

1 composition
2 indisposed
3 opponent
4 juxtaposition
5 deposit

6 exponent
7 impose
8 proposition
9 appositive
10 repository

B Use derivatives from the Latin words below (listed in order of appearance) to fill in the blanks in the following sentences:

cōnsilium   flōs   dēlectāre   parātus   aedificāre   vertere tollere   vertere   dērīdēre   pūnīre

Cogidubnus' social _consultant_ put forth his suggestions for a banquet. He would create a wonderful _floral_ display for the triclinium from the garden. The chef would concoct a thoroughly _delectable_ repast of meat, fruit, and wine. After intense _preparation_ and for the _edification_ of the guests, Etruscan dancers would present their _version_ of the Romulus and Remus story to _sustain_ the heroes of old Rome. Should anyone _revert_ to barbaric behavior during the entertainment and react to the presentation with _derision_ severe _punitive_ measures would be taken.

C Copy the following words and put parentheses around the Latin root. Then write the Latin root word and its meaning for each derivative.

  e.g. conservation   con(serva)tion   servāre – save

1 consensual
2 incontrovertible
3 consummate (adjective)
4 intolerable
5 ameliorate
6 navigable
7 intervention
8 auxiliary
9 fabricate
10 impunity

Stage 16
Vocabulary Checklist

aedificō, aedificāre, aedificāvī	build
auxilium, n.	help
cōnsentiō, cōnsentīre, cōnsēnsī	agree
cōnsilium, n.	plan, idea
deinde	then
dēlectō, dēlectāre, dēlectāvī	delight
dērīdeō, dērīdēre, dērīsī	mock, make fun of
dīmittō, dīmittere, dīmīsī	send away, dismiss
effugiō, effugere, effūgī	escape
faber, fabrum, m.	craftsman
flōs, flōrem, m.	flower
imperātor, imperātōrem, m.	emperor
inter (+ ACC)	among
ita	in this way
melior, melior, melius	better
nāvigō, nāvigāre, nāvigāvī	sail
nōnne?	surely?
parātus, parāta, parātum	ready, prepared
pereō, perīre, periī	die, perish
pōnō, pōnere, posuī	place, put
postrīdiē	on the next day
pūniō, pūnīre, pūnīvī	punish
simulac, simulatque	as soon as
summus, summa, summum	highest, greatest, top
supersum, superesse, superfuī	survive
tollō, tollere, sustulī	raise, lift up
vertō, vertere, vertī	turn

*Detail from the Cupid and Dolphin mosaic at Fishbourne (pictured on page 86), showing a fabulous sea-panther.*

ALEXANDRIA

Quīntus dē Alexandrīā

1 Alexandrīa magnum portum habet. prope portum est īnsula. facile est nāvibus ad portum pervenīre, quod in hāc īnsulā est pharus ingēns. multae nāvēs in portū Alexandrīae sunt.

2 Alexandrīa est urbs turbulenta. ingēns turba semper urbem complet. multī mercātōrēs per viās ambulant. multī servī per urbem currunt. multī mīlitēs per viās urbis incēdunt. mīlitēs Rōmānī urbem custōdiunt.

3 ego et Clēmēns, postquam ad
urbem pervēnimus,
templum vīdimus. ad hoc
templum, quod Augustus
Caesar prope lītus
aedificāverat, festīnāvimus.
prō templō Caesaris erat āra.
ego vīnum in āram fūdī.

4 prope hanc urbem habitābat
Barbillus, vir dīves. Barbillus
negōtium cum patre meō
saepe agēbat. vīllam
splendidam habēbat. ad
vīllam Barbillī mox pervēnī.
facile erat mihi vīllam
invenīre, quod Barbillus erat
vir nōtissimus.

5 Barbillus multōs servōs
habēbat, ego nūllōs.
"decōrum est tibi servum
Aegyptium habēre," inquit
Barbillus. inter servōs
Barbillī erat puer Aegyptius.
Barbillus, vir benignus, mihi
hunc puerum dedit.

tumultus

I

in vīllā Barbillī diū habitābam. ad urbem cum servō quondam
contendī, quod Clēmentem vīsitāre volēbam. ille tabernam prope
portum Alexandrīae possidēbat. servus, quī mē dūcēbat, erat puer
Aegyptius.

in urbe erat ingēns multitūdō, quae viās complēbat. mercātōrēs 5
per viās ambulābant et negōtium inter sē agēbant. fēminae et
ancillae tabernās frequentābant; tabernāriī fēminīs et ancillīs stolās
ostendēbant. multī servī per viās urbis currēbant. difficile erat
nōbīs per viās ambulāre, quod maxima erat multitūdō. tandem ad
portum Alexandrīae pervēnimus. plūrimī Aegyptiī aderant, sed 10
nūllōs Graecōs vidēre poterāmus. puer, postquam hoc sēnsit,
anxius

"melius est nōbīs," inquit, "ad vīllam Barbillī revenīre. ad
tabernam Clēmentis īre nōn possumus. viae sunt perīculōsae,
quod Aegyptiī īrātī sunt. omnēs Graecī ex hāc parte urbis 15
fūgērunt."

"minimē!" puerō respondī. "quamquam Aegyptiī sunt īrātī, ad
vīllam redīre nōlō. longum iter iam fēcimus. paene ad tabernam
Clēmentis pervēnimus. necesse est nōbīs cautē prōcēdere."

tumultus	riot	plūrimī	very many
quondam	one day, once	sēnsit: sentīre	notice
ille	he	melius est	it would be better
tabernāriī:		parte: pars	part
tabernārius	shopkeeper		

II

When you have read this part of the story, answer the questions at the end.

itaque ad tabernam Clēmentis contendimus, sed in triviīs plūrimī
Aegyptiī nōbīs obstābant. in multitūdine Aegyptiōrum erat senex,
quī Graecōs Rōmānōsque vituperābat. omnēs eum intentē
audiēbant.

ubi hoc vīdī, sollicitus eram. puer Aegyptius, quī sollicitūdinem 5
meam sēnserat, mē ad casam proximam dūxit.

"domine, in hāc casā habitat faber, quī Barbillum bene nōvit.
necesse est nōbīs casam intrāre et perīculum vītāre."

beauθiful

faber per fenestram casae forte spectābat. ubi puerum agnōvit,
nōs in casam suam libenter accēpit.   10
    postquam casam intrāvimus, susurrāvī,
    "quis est hic faber?"
    "est Diogenēs, faber Graecus,"respondit puer.
    ubi hoc audīvī, magis timēbam. nam in casā virī Graecī eram;
extrā iānuam casae Aegyptiī Graecōs vituperābant. subitō servus   15
clāmāvit,
    "ēheu! Aegyptiī īnfestī casam oppugnant."
    Diogenēs statim ad armārium contendit. in armāriō erant
quīnque fūstēs, quōs Diogenēs extrāxit et nōbīs trādidit.
    Aegyptiī iānuam effrēgērunt et in casam irrūpērunt. nōs   20
Aegyptiīs fortiter resistēbāmus, sed illī erant multī, nōs paucī.
septem Aegyptiī mē circumveniēbant. duōs graviter vulnerāvī,
sed cēterī mē superāvērunt. prōcubuī exanimātus. ubi animum
recēpī, casam circumspectāvī. fenestrae erant frāctae, casa dīrepta.
Diogenēs mediā in casā stābat lacrimāns. prope mē iacēbat puer   25
meus.
    "puer mortuus est," inquit Diogenēs. "Aegyptiī eum
necāvērunt, quod ille tē dēfendēbat."

|	
in triviīs	at the crossroads
nōbīs obstābant	blocked our way, obstructed us
sollicitūdinem: sollicitūdō	anxiety
casam: casa	small house
nōvit	knows
perīculum	danger
fenestram: fenestra	window
forte	by chance
accēpit: accipere	take in, receive
magis	more
extrā iānuam	outside the door
īnfestī: īnfestus	hostile
oppugnant: oppugnāre	attack
effrēgērunt: effringere	break down
irrūpērunt: irrumpere	burst in
septem	seven
circumveniēbant: circumvenīre	surround
animum recēpī: animum recipere	recover consciousness
dīrepta: dīreptus	pulled apart, ransacked
dēfendēbat: dēfendere	defend

Questions

1 What was happening at the crossroads (lines 1–2)?
2 What was the old man doing? What was the crowd's reaction to him (lines 3–4)?
3 **ubi hoc vīdī, sollicitus eram** (line 5). Why do you think Quintus was worried?
4 **puer … mē ad casam proximam dūxit** (lines 5–6). Explain why the boy did this (lines 7–8).
5 Why were Quintus and the boy taken into the house (lines 9–10)?
6 **magis timēbam** (line 14). Why was Quintus more frightened now?
7 How had Diogenes prepared for an Egyptian attack on the house? What does this imply about recent events in this part of the city?
8 How did the Egyptians get into the house (line 20)?
9 Why was it difficult to resist the Egyptians (line 21)?
10 Describe the part Quintus played in the fight (lines 22–23).
11 In what condition was the house when Quintus looked around it (line 24)?
12 Who was killed? Why do you think he was killed and not anyone else?

Egypt, especially Alexandria, had a very mixed population. Many were Greeks like Artemidorus in the portrait on the left. The sculpture of the African man on the right was found in Alexandria itself.

About the Language: Genitive Case

A Study the following sentences:

> ad portum **Alexandrīae** mox pervēnimus.
> *We soon arrived at the harbor of Alexandria.*

> in vīllā **Barbillī** erant multī servī.
> *In the house of Barbillus were many slaves.*

> mīlitēs Rōmānī per viās **urbis** incēdēbant.
> *Roman soldiers were marching through the streets of the city.*

> in multitūdine **Aegyptiōrum** erat senex.
> *In the crowd of Egyptians was an old man.*

> agmen **mīlitum** per urbem incēdit.
> *A column of soldiers is marching through the city.*

The words in boldface are in the genitive case.

B Here is a full list of the cases you have met. The new genitive forms are in boldface.

	SINGULAR			PLURAL		
	first declension	*second declension*	*third declension*	*first declension*	*second declension*	*third declension*
nominative	puella	servus	leō	puellae	servī	leōnēs
genitive	**puellae**	**servī**	**leōnis**	**puellārum**	**servōrum**	**leōnum**
dative	puellae	servō	leōnī	puellīs	servīs	leōnibus
accusative	puellam	servum	leōnem	puellās	servōs	leōnēs
ablative	puellā	servō	leōne	puellīs	servīs	leōnibus

C In future Vocabulary Checklists and in the Complete Vocabulary, the genitive singular of a noun is listed along with the nominative. The genitive indicates the declension (family) to which a noun belongs, and it also shows the stem of nouns like **leō**, **leōnis**.

D Further examples:

1 Quīntus per multitūdinem servōrum contendit.
2 Aegyptiī in casam fabrī ruērunt.
3 nūllī Graecī in illā parte urbis habitābant.
4 multī Aegyptiī in fundō fēminae labōrābant.
5 puer Quīntum per turbam mīlitum dūxit.
6 iuvenēs et puerī ad tabernam mercātōris contendērunt.

ad templum

per viās urbis quōndam cum Barbillō ībam. in multitūdine, quae viās
complēbat, Aegyptiōs, Graecōs, Iūdaeōs, Syrōs vīdī. subitō vir quīdam
nōbīs appropinquāvit. Barbillus, simulatque eum cōnspexit, magnum
gemitum dedit.

Barbillus:	ēheu! quam miserī sumus! ecce Plancus, vir	5
	doctissimus, quī numquam tacet! semper dē portū	
	Alexandrīae et dē templīs deōrum et dē aliīs	
	monumentīs garrīre vult.	
Plancus:	salvē, mī dulcissime! quid hodiē agis? quō contendis?	
Barbillus:	(*invītus*) ad templum.	10
Plancus:	ad templum Augustī?	
Barbillus:	minimē, ad templum Serāpidis īmus. nunc festīnāre	
	dēbēmus, quod iter longum est. nōnne tū negōtium	
	cum aliīs mercātōribus agere dēbēs? valē!	
Plancus:	hodiē ōtiōsus sum. commodum est mihi ad templum	15
	Serāpidis īre. dē Serāpide vōbīs nārrāre possum.	
	(*Plancus nōbīscum ībat garriēns. nōbīs dē omnibus*	
	monumentīs urbis nārrāre coepit. Barbillus rem graviter	
	ferēbat.)	
Barbillus:	(*susurrāns*) amīcus noster loquācior est quam	20
	psittacus et obstinātior quam asinus.	
Plancus:	nunc ad templum Serāpidis advēnimus. spectāte	
	templum! quam magnificum! spectāte cellam!	
	statuamne vīdistis, quae in cellā est? deus ibi magnā	
	cum dignitāte sedet. in capite deī est canistrum.	25
	Serāpis enim est deus quī segetēs cūrat. opportūnē	
	hūc vēnimus. hōra quārta est. nunc sacerdōtēs in ārā	
	sacrificium facere solent.	
	(*subitō tuba sonuit. sacerdōtēs ē cellā templī ad āram*	
	prōcessērunt.)	30
sacerdōs:	tacēte vōs omnēs, quī adestis! tacēte vōs, quī hoc	
	sacrificium vidēre vultis!	
	(*omnēs virī fēminaeque statim tacuērunt.*)	
Barbillus:	(*rīdēns et susurrāns*) ehem! vidēsne Plancum? ubi	
	sacerdōs silentium poposcit, etiam ille dēnique tacuit.	35
	mīrāculum est. deus nōs servāvit.	

Iūdaeōs: Iūdaeī	*Jews*
Syrōs: Syrī	*Syrians*
vir quīdam	*one man, a certain man, someone*

gemitum: gemitus	*groan*
doctissimus: doctus	*learned, clever*
monumentīs: monumentum	*monument*
garrīre	*chatter, gossip*
mī dulcissime	*my very dear friend*
quid … agis?	*how are you?*
Serāpidis: Serāpis	*Serapis (an Egyptian god)*
garriēns	*chattering*
coepit	*began*
susurrāns	*whispering*
loquācior: loquāx	*talkative*
psittacus	*parrot*
obstinātior: obstinātus	*obstinate, stubborn*
cellam: cella	*sanctuary*
in capite	*on the head*
canistrum	*basket*
enim	*for*
opportūnē	*just at the right time*
hōra	*hour*
quārta	*fourth*
ārā: āra	*altar*
facere solent	*are accustomed to make, usually make*
rīdēns	*smiling*
ehem!	*well, well!*
silentium	*silence*
dēnique	*at last, finally*
mīrāculum	*miracle*

Portrait of a priest of Serapis.

This sphinx marks the site of a Temple of Serapis.

Left: The god Serapis, crowned with a basket for measuring grain, was associated with agricultural prosperity.

mercātor Arabs

ego cum Barbillō cēnāre solēbam. Barbillus mihi gemmās suās quondam ostendit. gemmās attonitus spectāvī, quod maximae et splendidae erant. Barbillus hās gemmās ā mercātōre Arabī ēmerat. dē hōc mercātōre fābulam mīrābilem nārrāvit.

mercātor ōlim cum merce pretiōsā Arabiam trānsībat. in merce 5 erant stolae sēricae, dentēsque eburneī. multōs servōs quoque habēbat, quī mercem custōdiēbant. subitō latrōnēs, quī īnsidiās parāverant, impetum fēcērunt. mercātor servīque latrōnibus ācriter resistēbant, sed latrōnēs tandem servōs superāvērunt. tum latrōnēs cum servīs et cum merce mercātōris effūgērunt. 10 mercātōrem exanimātum relīquērunt.

ille tamen nōn erat mortuus. mox animum recēpit. sōlus erat in dēsertīs, sine aquā, sine servīs. dē vītā suā paene dēspērābat. subitō mōnstrum terribile in caelō appāruit; ālae longiōrēs erant quam rēmī, unguēs maiōrēs quam hastae. in capite mōnstrī erant oculī, 15 quī flammās ēmittēbant. mōnstrum mercātōrem rēctā petīvit. mercātor, postquam hoc mōnstrum dēscendēns vīdit, ad terram exanimātus prōcubuit.

ubi animum recēpit, anxius circumspectāvit. iterum dē vītā dēspērābat, quod iam in nīdō ingentī iacēbat. nīdus in monte 20 praeruptō haerēbat. in nīdō mōnstrī mercātor cumulum lapidum fulgentium cōnspexit.

"nunc rem intellegere possum," mercātor sibi dīxit. "hoc mōnstrum, sīcut pīca, rēs fulgentēs colligere solet. mōnstrum mē petīvit, quod zōna mea fulgēbat." 25

postquam lapidēs īnspexit, laetus sibi, "hercle!" inquit. "fortūna fortibus favet!" nōnnūllās gemmās in saccō celeriter posuit. tum post cumulum gemmārum sē cēlāvit. mōnstrum mox cum aliā gemmā revēnit, et in nīdō cōnsēdit.

postquam nox vēnit, mercātor audāx in mōnstrum dormiēns 30 ascendit, et in tergō iacēbat. in tergō mōnstrī per tōtam noctem haerēbat. māne hoc mōnstrum cum mercātōre, quī in tergō etiam nunc iacēbat, ēvolāvit. quam fortūnātus erat mercātor! mōnstrum ad mare tandem advēnit, ubi nāvis erat. mercātor, postquam nāvem vīdit, dē tergō mōnstrī dēsiluit. in undās maris prope 35 nāvem cecidit. ita mercātōrem fortūna servāvit.

Arabs	*Arabian*	**praeruptō:**	
gemmās: gemma	*jewel, gem*	**praeruptus**	*steep*
merce: merx	*goods, merchandise*	**cumulum: cumulus**	*pile*
trānsībat: trānsīre	*cross*	**lapidum: lapis**	*stone*
sēricae: sēricus	*silk*	**fulgentium:**	*shining,*
dentēs . . . eburneī	*ivory tusks*	**fulgēns**	*glittering*
latrōnēs: latrō	*robber*	**sīcut pīca**	*like a magpie*
īnsidiās: īnsidiae	*trap, ambush*	**colligere**	*gather, collect*
ācriter	*keenly, fiercely*	**zōna**	*belt*
relīquērunt:		**fulgēbat:**	
relinquere	*leave*	**fulgēre**	*shine*
in dēsertīs	*in the desert*	**fortūna**	*fortune, luck*
mōnstrum	*monster*	**saccō: saccus**	*bag, purse*
ālae: āla	*wing*	**audāx**	*bold*
unguēs: unguis	*claw*	**dormiēns**	*sleeping*
rēctā	*directly, straight*	**in tergō**	*on its back*
dēscendēns	*coming down*	**cecidit: cadere**	*fall*
nīdō: nīdus	*nest*		

The Great Harbor in Alexandria today.

Practicing the Language

A Complete each sentence with the correct noun and then translate.

1 in multitūdine (Aegyptiōrum, Aegyptiī) stābat senex.
2 faber per fenestram (casārum, casae) spectābat.
3 Alexandrīa erat urbs turbulenta. in viīs (urbis, urbium) erant multī mercātōrēs īrātī.
4 domina per turbam (ancillae, ancillārum) festīnāvit.
5 nōs ad templum Serāpidis pervēnimus. prō templō (deī, deōrum) stābant multī cīvēs.
6 prīncipēs vīllās splendidās habēbant. in vīllīs (prīncipis, prīncipum) erant statuae pretiōsae.

B Complete each sentence with the correct form of the verb and then translate.

1 ubi Diogenēs hoc dīxit, nōs casam (intrāvī, intrāvimus).
2 Aegyptiī tabernam vestram oppugnāvērunt, ubi vōs in Arabiā (aberās, aberātis).
3 ego, ubi in urbe eram, tēcum negōtium (agēbam, agēbāmus).
4 tū senem, quī Rōmānōs vituperābat, (audīvistī, audīvistis).
5 nōs (tacēbāmus, tacēbam) quod sacerdōtēs ad āram prōcēdēbant.
6 vōs auxilium mihi semper (dabātis, dabās).
7 pestis es! togās sordidās mihi (vēndidistis, vēndidistī).
8 ad portum ambulābam. multōs mīlitēs Rōmānōs (vīdī, vīdimus).

C Match the following examples of the imperfect and pluperfect verb tenses, and then translate each verb.

tollēbat perveniēbat poterat restiterat effūgerat
pōnēbat erat pervēnerat fuerat effugiēbat
potuerat resistēbat posuerat sustulerat

D Complete each sentence with the correct verb from the box below and then translate.

volō	volumus	possum	possumus
vīs	vultis	potes	potestis
vult	volunt	potest	possunt

1 māne ad portum ambulāre soleō, quod nāvēs spectāre
..... _volo_

2 mihi valdē placet puellam audīre, quae suāviter cantāre
..... _potest_

3 Barbille! nōnne dē monumentīs audīre ..... ?

4 iter longum iam fēcistis; ad vīllam hodiē pervenīre nōn
.....

5 multī virī fēminaeque ad templum contendunt, quod sacrificium vidēre ..... .

6 paucī sumus. Aegyptiōs superāre nōn ..... .

7 māter, quae fīliō dōnum dare ....., togās in tabernā īnspicit.

8 Aegyptiī fūstēs habent; Graecī eīs resistere nōn ..... .

This mosaic floor comes from the dining-room of a rich Alexandrian. It shows the head of Medusa, which could turn those who looked at it to stone.

In the map inset:
LAKE HARBOR
Canopus Street
TEMPLE OF SERAPIS
Royal Quarter
Museum
N
CAESAREUM
GREAT HARBOR
Lighthouse
WESTERN HARBOR
MEDITERRANEAN
PHAROS ISLAND

Alexandria

Alexandria had three harbors. The Great Harbor and the Western Harbor lay on either side of a breakwater three-quarters of a mile (1.2 kilometers) long which joined Pharos island to the mainland. The third harbor was on the large lake which lay behind the city and was connected by canals to the river Nile. From here goods could be brought by a further canal, or overland, to the Red Sea; this was the route that led to India.

Alexandria

The site of this famous city was chosen by the Greek king, Alexander the Great, when he conquered Egypt in 331 B.C. Alexander noted both the excellent agricultural land and the fine harbor of a small fishing village west of the mouth of the Nile. Here there was good anchorage, a healthy climate, fresh water, and limestone quarries nearby to provide stone for building. He commanded his architect to plan and build a city which was to be a new center of trade and civilization.

Alexander the Great.

Alexander died while the city was still developing, but the city was named after him and his body was later buried there in a magnificent tomb. He was succeeded as ruler by Ptolemy, one of his generals, whose descendants governed Alexandria and Egypt for the next three hundred years. The last Ptolemaic ruler was Queen Cleopatra. With her defeat in 30 B.C., Egypt became a Roman province.

By the first century A.D., Alexandria was probably as large and splendid as Rome itself; it was certainly the greatest city in the eastern part of the empire, with perhaps a million inhabitants. Much of its wealth and importance was due to its position. It stood at a meeting-place of great trade routes and was therefore excellently placed for trading on a large scale. Merchants and businessmen were attracted to the city because it offered them safe harbors for their ships, a large number of dock-workers to handle their cargoes, huge warehouses for storage, and a busy market for buying and selling.

Into Alexandria came luxury goods such as bronze statues from Greece or fine Italian wines, and raw materials such as wood and marble to be used by craftsmen in the local workshops. Out to other countries went wheat in enormous quantities, papyrus, glassware, and much else. A list in the Red Sea Guide Book, written by an Alexandrian merchant in the first century A.D., gives some idea of the vast range of goods bought and sold in the city: "clothes, cotton, skins, muslins, silks, brass, copper, iron, gold, silver, silver plate, tin, axes, adzes, glass, ivory, tortoise shell, rhinoceros horn, wine, olive oil, sesame oil, rice, honey, wheat, myrrh, frankincense, cinnamon, fragrant gums, papyrus."

*Alexandria and trade in the first century* A.D.

Andrew Hartfield

Travelers from Greece or Italy would approach Alexandria by sea. From 70 miles (88 kilometers) away, they would be welcomed by a beacon from the Pharos, a huge lighthouse named for the little island on which it stood. Like the Statue of Liberty on Liberty Island in New York Harbor, Pharos marked the entrance to a safe ocean port at the mouth of a great river, each beacon lighting the way to a vast cosmopolitan center. The three-tiered marble-faced Pharos was one of the seven wonders of the ancient world. Day and night the fire in the lantern level sent out a blaze of light which, enhanced by highly polished bronze mirrors, guided the thousands of ships that used the port each year.

Alexander's architect planned the city carefully, with its streets set out in a grid system, crossing each other at right angles as in many modern North American cities. The main street, Canopus Street, was more than 100 feet (30 meters) wide, wider than any street in Rome and four times the size of any street that Quintus would have known in Pompeii. Some of the houses were several stories high, and many of the public buildings were built of marble. By the Great Harbor was the Royal Quarter, an area of more than one square mile (260 hectares) containing palaces, temples, administrative offices, and gardens. West of the Royal Quarter was the Caesareum, where Quintus, in the paragraph on page 93, made his offering of wine. The Caesareum was a shrine begun by Queen Cleopatra in honor of the Roman general Marc Antony and completed by the

The Pharos

Right: *A model of the Pharos based on evidence like the coin on page 91, with a cut-away drawing. The Pharos was over 440 feet (135 meters) high, with a fire constantly alight at the top. A spiral ramp inside the lowest stage allowed fuel to be carried up by animals. Statues of Ptolemy II and his queen can be seen at the base of the lighthouse.*

**Below:** *A 15th-century fort was built on the ruins of the Pharos.*

Emperor Augustus as a temple dedicated to himself. In the words of the Jewish writer Philo, it was "wonderfully high and large, full of precious paintings and statues, and beautiful all over with gold and silver; it contains colonnades, libraries, courtyards, and sacred groves, all made as skillfully as possible with no expense spared."

In front of the Caesareum stood two obelisks, each a tall narrow pillar cut from a single slab of granite and pointed at the top. They were brought from an ancient Egyptian temple and put in position by a Roman engineer in 13 B.C. In the nineteenth century one was removed to London, England, and the other was taken to Central Park, New York City. They are known as Cleopatra's Needles.

But Alexandria was more than a city of fine streets, glittering marble, and busy trading; it was a center of education and study. The university, known as the Museum and situated in the Royal Quarter, had the largest library in the ancient world with more than half a million volumes. As well as the Great Library, the Museum had lecture halls, laboratories, observatories, a park, and a zoo. Professional scholars were employed to do research in a wide range of subjects – mathematics, astronomy, anatomy, geography, literature, and languages. Here mapping techniques were improved, based on travelers' reports; here Euclid wrote his famous geometry textbook, and Aristarchus put forward his theory that the Earth goes round the Sun.

Alexandria was a city of many different races, including Egyptians, Jews, Romans, Africans, and Indians. But, on the whole, the


Left: *The Caesareum obelisks as they appeared at the end of the 18th century; one is lying on the ground.*

Cleopatra's Needle in Central Park, New York City.

people with most power and influence were the Greeks. They had planned the city and built it; they had ruled it before the Romans came and continued to play a part in running it under the Romans; theirs was the official language; they owned great wealth in Alexandria and enjoyed many privileges. These factors caused jealousy among the other nationalities and races, and were among the reasons why quarrels and riots frequently broke out. The Roman governor, or even the emperor himself, often had to step in and try to settle such disputes as fairly and peacefully as possible. After one violent riot, the Emperor Claudius included the following stern warning in a letter to the Alexandrians:

Although I am very angry with those who stirred up the trouble, I am not going to enquire fully into who was responsible for the riot – I might have said, the war – with the Jews. But I tell you this, once and for all: if you do not stop quarrelling with each other, I shall be forced to show you what even a kind emperor can do when he has good reason to be angry.

*A reconstruction of the Great Hall of the ancient Library of Alexandria.*

Underwater Discoveries

Underwater excavations in the Great Harbor are now bringing much of the waterfront of ancient Alexandria back to life.

Top: *A diver examining a sphinx underwater.*

Above: *Raising from the water part of a statue of one of the Greek rulers of Egypt, perhaps Ptolemy II. The Pharos was completed in his reign.*

Right: *Several parts of the statue have been found, enabling it to be rebuilt. The over life-sized figure, dressed in the traditional royal dress of the Pharaohs, probably stood at the foot of the great lighthouse.*

Word Study

A Match each word to its definition.

|			
1	a manner to which one is not accustomed	a	agminate
2	scarcity	b	exanimate
3	a land formation which is almost an island	c	insolence
4	spiritless or inert	d	littoral
5	grouped in clusters	e	paucity
6	a shore or coastal region	g	sinecure
7	a position which requires little effort but draws good pay	f	peninsula

B For each of the following words, find the Latin root from the Vocabulary Checklist. Then give the definition for each English word.

1 beneficent
2 benevolent
3 inherent
4 coherent
5 adherent

6 recipient *recipere*
7 unanimity
8 equanimity
9 magnanimity *maxima*

C Give an English derivative from the following Latin words for the following definitions:

benignus   faber   facilis   graviter   impetus

1 kind *benignus*
2 rash, impulsive *impetus*
3 a woven cloth *faber*
4 seriousness *facilis*
5 to make easy, assist or help *graviter*

Warships in a harbor. Wall-painting from the Temple of Isis at Pompeii.

Stage 17 Vocabulary Checklist

Nouns in the checklists for Stages 17–20 are usually listed in the form of their nominative and genitive singular.

ā, ab (+ ABL)	*from, away from*
agmen, agminis, n.	*column (of people), procession*
animus, animī, m.	*spirit, soul, mind*
appropinquō, appropinquāre, appropinquāvī (+ DAT)	*approach, come near to*
āra, ārae, f.	*altar*
bene	*well*
benignus, benigna, benignum	*kind*
diū	*for a long time*
exanimātus, exanimāta, exanimātum	*unconscious*
facilis, facilis, facile	*easy*
graviter	*seriously*
haereō, haerēre, haesī	*stick, cling*
hūc	*here, to this place*
impetus, impetūs, m.	*attack*
īnsula, īnsulae, f.	*island*
invītus, invīta, invītum	*unwilling*
itaque	*and so*
lītus, lītoris, n.	*shore*
maximus, maxima, maximum	*very big, very large, very great*
multitūdō, multitūdinis, f.	*crowd*
numquam	*never*
paucī, paucae, pauca	*few, a few*
perveniō, pervenīre, pervēnī	*reach, arrive at*
quondam	*one day, once*
recipiō, recipere, recēpī	*recover, take back*
resistō, resistere, restitī (+ DAT)	*resist*
sine (+ ABL)	*without*
soleō, solēre	*be accustomed, usually*

Lantern in the shape of the Pharos.

EUTYCHUS ET CLEMENS

Stage 18

taberna

postquam ad urbem advēnimus, ego Clēmentī diū tabernam quaerēbam. tandem Barbillus, quī multa aedificia possidēbat, mihi tabernam optimam obtulit. haec taberna prope templum Īsidis erat. in hāc parte urbis via est, in quā omnēs tabernāriī vitrum vēndunt. facile est illīs tabernāriīs mercem vēndere, quod vitrum Alexandrīnum nōtissimum est. taberna, quam Barbillus mihi offerēbat, optimum situm habēbat, optimum lucrum. Barbillus tamen dubitābat.

"sunt multae operae," inquit, "in illā parte urbis. tabernāriī operās timent, quod pecūniam extorquent et vim īnferunt. operae lībertum meum interfēcērunt, quī nūper illam tabernam tenēbat. eum in viā invēnimus mortuum. lībertus, quī senex obstinātus erat, operīs pecūniam dare nōluit. operae eum necāvērunt tabernamque dīripuērunt."

"Clēmēns vir fortis, nōn senex īnfirmus est," ego Barbillō respondī. "fortūna semper eī favet. hanc tabernam Clēmentī emere volō. tibi centum aureōs offerō. placetne?"

"mihi placet," respondit Barbillus. "centum aureī sufficiunt."

Barbillō igitur centum aureōs trādidī.

vitrum	*glass*
Alexandrīnum: Alexandrīnus	*Alexandrian*
situm: situs	*position, site*
lucrum	*profit*
dubitābat: dubitāre	*be doubtful*
operae	*hired thugs*
extorquent: extorquēre	*extort*
vim īnferunt: vim īnferre	*use force, violence*
tenēbat: tenēre	*own*
dīripuērunt: dīripere	*ransack*
īnfirmus	*weak*
centum aureōs	*a hundred gold pieces*
sufficiunt: sufficere	*be enough*

Alexandria, Home of Luxury Glass

Alexandrian glass was traded widely, even outside the Roman Empire. The glass beaker on the right was made in Alexandria, but was found in Afghanistan. It has a painted design showing the princess Europa being carried off on the back of a bull, which is Jupiter in disguise.

The disc below is cameo glass, carved in two layers, white on blue. It shows Paris pondering the judgment of Juno, Minerva, and Venus.

in officīnā Eutychī

I

postquam tabernam Clēmentī dedī, ille mihi grātiās maximās ēgit. statim ad viam, in quā taberna erat, festīnāvit: adeō cupiēbat tabernam tenēre.

in viā vitreāriōrum erat ingēns turba. ibi Clēmēns tabernam suam prope templum Īsidis cōnspexit. valvās ēvulsās vīdit, 5 tabernam dīreptam. īrātus igitur Clēmēns tabernārium vīcīnum rogāvit,

"quis hoc fēcit?"

tabernārius perterritus nōmina dare nōluit. tandem "rogā Eutychum!" inquit. 10

Clēmēns statim Eutychum quaesīvit. facile erat Clēmentī eum invenīre, quod officīnam maximam possidēbat. prō officīnā Eutychī stābant quattuor servī Aegyptiī. Clēmēns numquam hominēs ingentiōrēs quam illōs Aegyptiōs vīderat. eōs autem nōn timēbat. ūnum servum ex ōrdine trāxit. 15

"heus! Atlās!" inquit Clēmēns. "num dormīs? Eutychum, dominum tuum, interrogāre volō. cūr mihi obstās? nōn decōrum est tibi lībertō obstāre."

tum Clēmēns servōs attonitōs praeteriit, et officīnam Eutychī intrāvit. 20

officīnā: officīna	*workshop*
adeō	*so much, so greatly*
in viā vitreāriōrum	*in the street of the glassmakers*
valvās: valvae	*doors*
ēvulsās: ēvulsus	*wrenched off*
vīcīnum: vīcīnus	*neighboring, nearby*
nōmina: nōmen	*name*
prō officīnā	*in front of the workshop*
quattuor	*four*
autem	*however, but*
interrogāre	*question*
praeteriit: praeterīre	*go past*

II

Eutychus in lectō recumbēbat; cibum ē canistrō gustābat. valdē sūdābat, et manūs in capillīs servī tergēbat. postquam Clēmentem vīdit,

"quis es, homuncule?" inquit. "quis tē hūc admīsit? quid vīs?"

"Quīntus Caecilius Clēmēns sum," respondit Clēmēns. "dē 5 tabernā, quam latrōnēs dīripuērunt, cognōscere volō. nam illa taberna nunc mea est."

Eutychus, postquam hoc audīvit, Clēmentem amīcissimē salūtāvit, et eum per officīnam dūxit. ipse Clēmentī fabrōs suōs dēmōnstrāvit. in officīnā erant trīgintā vitreāriī Aegyptiī, quī ōllās 10 ōrnātās faciēbant. dīligenter labōrābant, quod aderat vīlicus, quī virgam vibrābat.

Eutychus, postquam Clēmentī officīnam ostendit, negōtium agere coepit.

"perīculōsum est, mī amīce, in viā vitreāriōrum," inquit. "multī 15 fūrēs ad hanc viam veniunt, multī latrōnēs. multa aedificia dēlent. omnēs igitur tabernāriī auxilium ā mē petunt. tabernāriī mihi pecūniam dant, ego eīs praesidium. tabernam tuam servāre possum. omnēs tabernāriī mihi decem aureōs quotannīs dare solent. paulum est. num tū praesidium meum recūsāre vīs?" 20

Clēmēns tamen Eutychō nōn crēdēbat.

"ego ipse tabernam, in quā habitō, servāre possum," inquit Clēmēns. "praesidium tuum operāsque tuās floccī nōn faciō."

tum lībertus sēcūrus exiit.

sūdābat: sūdāre	*sweat*
manūs ... tergēbat	*was wiping his hands*
capillīs: capillī	*hair*
admīsit: admittere	*let in*
amīcissimē: amīcē	*in a friendly way*
ōllās: ōlla	*vase*
ōrnātās: ōrnātus	*decorated*
praesidium	*protection*
paulum	*little*
floccī nōn faciō	*I don't give a hoot about*
sēcūrus	*without a care*

About the Language I: Neuter Nouns

A Study the following examples:

1 plaustrum viam claudēbat.	*A cart was blocking the road.*
2 plaustra viam claudēbant.	*Carts were blocking the road.*
3 Vārica plaustrum ēmōvit.	*Varica removed the cart.*
4 Vārica plaustra ēmōvit.	*Varica removed the carts.*

B **plaustrum** is a typical example of a **neuter noun**. The accusative singular of neuter nouns is always the same as the nominative singular (sentences 1 and 3). The nominative and accusative plural of neuter nouns are also identical to each other, and they always end in **-a** (sentences 2 and 4).

C Compare the following forms:

	SECOND DECLENSION		THIRD DECLENSION	
	masculine	*neuter*	*masculine*	*neuter*
singular nom.	servus	templum	leō	nōmen
singular acc.	servum	templum	leōnem	nōmen
plural nom.	servī	templa	leōnēs	nōmina
plural acc.	servōs	templa	leōnēs	nōmina

D Further examples:

1 Salvius horrea nova īnspexit.
2 Cogidubnus pompam ad lītus dūxit.
3 prīncipēs dōna ad aulam tulērunt.
4 nōmenne senis mortuī scīs?
5 Plancus monumenta urbis dēmōnstrāvit.
6 animālia hospitēs terruērunt.

Detail of a mosaic panel, using colored glass pieces.

Egyptian Cats

The Egyptians kept cats both as pets and to control rats and mice in their granaries and food stores. They also venerated cats as sacred mammals as they thought they were earthly forms of the goddess Isis and another goddess called Bastet. When cats died they were mummified; vast numbers of them have been excavated.

This expensive bronze cat was made as an offering to the goddess Bastet around 600 BC.

In Egyptian legend, each night a cat kills an evil snake that tries to prevent the sun from rising.

Clēmēns tabernārius

Clēmēns mox tabernam suam renovāvit. fabrōs condūxit, quī valvās mūrōsque refēcērunt. multās ōllās ōrnāmentaque vitrea ēmit. cēterī tabernāriī, quamquam Eutychum valdē timēbant, Clēmentem libenter adiuvābant. nam Clēmēns cōmis erat et eīs invicem auxilium dabat. facile erat eī lucrum facere, quod pretia 5 aequa semper postulābat.

haec taberna, ut dīxī, prope templum deae Īsidis erat. ad hoc templum Clēmēns, quī pius erat, cotīdiē adībat. ibi deam Īsidem adōrābat et eī ōrnāmentum vitreum saepe cōnsecrābat.

sacerdōtēs, quī templum administrābant, mox Clēmentem 10 cognōvērunt. deinde Clēmēns Īsiacīs sē coniūnxit. sacerdōtēs eī librum sacrum dedērunt, in quō dē mystēriīs deae legere poterat. Clēmēns in templō cum sacerdōtibus cēnāre solēbat. in cellā templī habitābat fēlēs sacra. Clēmēns eam semper mulcēbat, et eī semper aliquid ex paterā suā dabat. 15

mox plūrimōs amīcōs Clēmēns habēbat. nam tabernāriī, quī Eutychō pecūniam invītī dabant, paulātim Clēmentī cōnfīdēbant. tabernāriī Eutychum inimīcum putābant, Clēmentem vindicem. tandem omnēs Eutychō pecūniam trādere nōluērunt.

In Egyptian mythology, the male hippopotamus was identified with Seth, god of storms, and enemy of Isis and Osiris. Small figures like this are often found in tombs to placate Seth and keep him from injuring the owner.

By the time of our stories, the worship of Isis had spread from Alexandria and was flourishing across the ancient world. Temples to Isis have been found in places as far apart as London and the Black Sea area. A group of priests serving in a temple of Isis at Pompeii suffered a miserable death when the city was destroyed in the eruption of Vesuvius. They collected the sacred objects and treasures and fled from the temple, but by then it was too late. Their bodies were found along the route of their flight across the city, each corpse surrounded by the valuables he had tried to save.

Mosaic from Pompeii of the River Nile with Egyptian animals, including a hippopotamus and a crocodile.

Word Study

A Based on your knowledge of the Stage 19 Vocabulary Checklist, give an English word to match each of the following definitions. Use the underlined words as a help.

1 one who does something for the <u>love</u> of it
2 extreme <u>danger</u>
3 one who <u>looks after</u> a museum or house, for example
4 using the <u>voice</u>
5 a plan or outline of a <u>journey</u>
6 occurring by <u>chance</u>
7 <u>flowing</u> like honey

B Based on your knowledge of previous Checklists and the verb **caedō**, **caedere** suggest meanings for the following words:

1	infanticide	4	deicide	7	regicide	10	uxoricide
2	homicide	5	pesticide	8	suicide	
3	matricide	6	fratricide	9	parricide	

C Match the definitions to the following **-ate** words:

1 affiliate   a to bring into another's favor
2 castigate   b to think seriously, to ponder
3 cogitate   c to avoid committing oneself
4 curate   d to rebuke or punish
5 equivocate   e an assistant clergyman
6 hastate   f spear-shaped
7 ingratiate   g to find
8 locate   h an associate

Stage 19
Vocabulary Checklist

amō, amāre, amāvī	*love, like*
caedō, caedere, cecīdī	*kill*
cārus, cāra, cārum	*dear*
castīgō, castīgāre, castīgāvī	*scold, nag*
cōgitō, cōgitāre, cōgitāvī	*think, consider*
comparō, comparāre, comparāvī	*obtain*
cōnficiō, cōnficere, cōnfēcī	*finish*
cūrō, cūrāre, cūrāvī	*look after*
dulcis, dulcis, dulce	*sweet*
fīlia, fīliae, f.	*daughter*
fluō, fluere, flūxī	*flow*
forte	*by chance*
grātiās agō	*I thank, give thanks*
hasta, hastae, f.	*spear*
illūc	*there, to that place*
iter, itineris, n.	*journey*
locus, locī, m.	*place*
māne	*in the morning*
neglegēns, neglegēns, neglegēns, *gen.* **neglegentis**	*careless*
nōvī	*I know*
perīculum, perīculī, n.	*danger*
plūrimus, plūrima, plūrimum	*very much*
plūrimī, plūrimae, plūrima	*very many*
poscō, poscere, poposcī	*demand, ask for*
sonitus, sonitūs, m.	*sound*
tot	*so many*
umerus, umerī, m.	*shoulder*
vexō, vexāre, vexāvī	*annoy*
vīvō, vīvere, vīxī	*live*
vix	*hardly, scarcely*
vōx, vōcis, f.	*voice*

MEDICUS

1 servī ad vīllam revēnērunt,
  Barbillum portantēs.

2 ancillae prope lectum
  stābant, lacrimantēs.

3 astrologus in cubiculum
  irrūpit, clāmāns.

4 Barbillus, in lectō recumbēns,
  astrologum audīvit.

5 Phormiō ad urbem
  contendit, medicum
  quaerēns.

remedium astrologī

ego et servī cum Barbillō ad vīllam quam celerrimē rediimus.
multus sanguis ex vulnere Barbillī effluēbat. Phormiō, quī servōs
vulnerātōs sānāre solēbat, tunicam suam sciderat; partem tunicae
circum umerum Barbillī dēligāverat. fluēbat tamen sanguis.

servī, quī Barbillum portābant, ubi cubiculum intrāvērunt, in 5
lectum eum lēniter posuērunt. duae ancillae prope lectum stābant
lacrimantēs. Phormiō ancillās ē cubiculō ēmīsit et servōs ad sē
vocāvit.

"necesse est vōbīs," inquit, "magnum numerum arāneārum
quaerere. ubi sanguis effluit, nihil melius est quam arāneae." 10

servī per tōtam vīllam contendēbant, arāneās quaerentēs;
magnum clāmōrem tollēbant. Phormiō, postquam servī multās
arāneās ad cubiculum tulērunt, in umerum dominī eās collocāvit.

astrologus ancillās lacrimantēs vīdit, servōsque clāmantēs
audīvit. statim in cubiculum Barbillī irrūpit, exclāmāns: 15

"nōnne hoc prōvīdī? ō nefāstum diem! ō dominum īnfēlīcem!"

"habēsne remedium?" rogāvī anxius.

"remedium certum habeō," respondit astrologus. "facile est
mihi Barbillum sānāre, quod nōs astrologī sumus vērī medicī.

|	
remedium	*cure*
vulnere: vulnus	*wound*
effluēbat: effluere	*pour out, flow out*
sānāre	*heal, cure*
sciderat: scindere	*tear up*
dēligāverat: dēligāre	*bind, tie*
lectum: lectus	*bed*
numerum: numerus	*number*
arāneārum: arānea	*spider's web*
tollēbant: tollere	*raise*
collocāvit: collocāre	*place*
prōvīdī: prōvidēre	*foresee*
nefāstum: nefāstus	*dreadful*
certum: certus	*certain, infallible*
vērī: vērus	*true, real*
medicī: medicus	*doctor*

remedium igitur Barbillō comparāre possum. est remedium, quod *20*
Chaldaeī nōbīs trādidērunt. prīmō necesse est mihi mūrem nigrum
capere. deinde mūrem captum dissecāre volō. postrēmō eum in
umerum Barbillī pōnere volō. hoc sōlum remedium est."

subitō, Barbillus, quī astrologum audīverat, oculōs aperuit.
postquam mihi signum languidum dedit, in aurem meam *25*
susurrāvit,

"quaere Petrōnem, medicum bonum!"

Phormiōnem, quī Petrōnem bene nōverat, ē vīllā statim ēmīsī.
itaque vīlicus medicum quaerēbat, astrologus mūrem.

mūrem: mūs	*mouse*
nigrum: niger	*black*
captum: captus	*captured, caught*
dissecāre	*cut up*
languidum: languidus	*weak, feeble*

Mouse mosaic.

Petrō

Petrō, postquam dē vulnere Barbillī audīvit, statim ad vīllam eius
festīnāvit. ubi cubiculum intrāvit, astrologum vīdit, quī Barbillum
sānāre temptābat. astrologus mūrem dissectum in vulnus dominī
collocābat, versum magicum recitāns. Petrō, simulac mūrem
cōnspexit, īrātissimus erat; astrologum verberāvit et ē cubiculō *5*
expulit.

tum Petrō, postquam umerum Barbillī īnspexit, spongiam cēpit
et in acētō summersit. eam in vulnus collocāvit. Barbillus
exanimātus reccidit.

Petrō ad mē sē vertit. *10*

"necesse est tibi mē adiuvāre," inquit. "difficile est mihi
Barbillum sānāre. dē vītā eius dēspērō, quod tam multus sanguis
etiam nunc effluit."

itaque medicō auxilium dedī. Petrō, postquam aquam ferventem postulāvit, manūs forcipemque dīligenter lāvit. deinde, *15* forcipem firmē tenēns, vulnus summā cum cūrā īnspexit. postquam hoc cōnfēcit, umerum Barbillī lāvit; cutem, quam hasta servī secuerat, perītē cōnseruit. dēnique fasciam lātam cēpit, umerumque firmē dēligāvit.

mē ita monuit Petrō: *20*

"nunc necesse est Barbillō in hōc lectō manēre; necesse est eī quiēscere et dormīre. nātūra sōla eum sānāre potest, nōn astrologus."

Petrōnī grātiās maximās ēgī. apud Barbillum diū manēbam, negōtium eius administrāns. Barbillus enim mihi sōlī cōnfīdēbat. *25* cotīdiē ad cubiculum, ubi iacēbat aeger, veniēbam. multōs sermōnēs cum Barbillō habēbam, prope lectum sedēns. postquam Barbillum familiārissimē cognōvī, ille mihi dē vītā suā multum nārrāvit. sine dubiō fortūna eum graviter afflīxerat.

eius	*his*	cōnseruit: cōnserere	*stitch*
dissectum: dissectus	*cut up,*	fasciam: fascia	*bandage*
	dismembered	lātam: lātus	*wide*
versum magicum:		monuit: monēre	*advise*
versus magicus	*magic spell*	quiēscere	*rest*
spongiam: spongia	*sponge*	nātūra	*nature*
acētō: acētum	*vinegar*	familiārissimē:	*closely,*
summersit:		familiāriter	*intimately*
summergere	*dip*	afflīxerat: afflīgere	*afflict, hurt*
reccidit: recidere	*fall back*		
ferventem: fervēns	*boiling*		
forcipem: forceps	*doctor's tongs, forceps*		
firmē	*firmly*		
cutem: cutis	*skin*		
perītē	*skillfully*		

About the Language I: Present Participles

A Study the following sentences:

> medicus, per forum **ambulāns**, Phormiōnem cōnspexit.
> *The doctor, walking through the forum, caught sight of Phormio.*

> Clēmēns Eutychum in mediā viā **stantem** invēnit.
> *Clemens found Eutychus standing in the middle of the road.*

> servī, Barbillum **portantēs**, vīllam intrāvērunt.
> *The slaves, carrying Barbillus, entered the house.*

> Phormiō ancillās in cubiculō **lacrimantēs** audīvit.
> *Phormio heard the slave-girls crying in the bedroom.*

The words in boldface are **present active participles**. A participle is part verb and part adjective. For example, **ambulāns** is part of the verb **ambulāre**; as an adjective, **ambulāns** describes the noun **medicus**.

B Further examples:

1. astrologus in cubiculum irrūpit, clāmāns.
2. puerī, per urbem currentēs, Petrōnem cōnspexērunt.
3. spectātōrēs sacerdōtem ē templō discēdentem vīdērunt.
4. Galatēa iuvenēs in locō optimō stantēs vituperāvit.
5. Quīntus Phormiōnem umerum Barbillī dēligantem spectābat.

Pick out the present participle in each sentence and find the noun which it describes.

C Study these forms of the present participle:

		SINGULAR		
		masculine and feminine		
nominative	portāns	docēns	trahēns	audiēns
accusative	portantem	docentem	trahentem	audientem

		PLURAL		
		masculine and feminine		
nominative	portantēs	docentēs	trahentēs	audientēs
accusative	portantēs	docentēs	trahentēs	audientēs

1 fūr ē vīllā effūgit, cachinnāns.
2 rēx mīlitēs, prō templō sedentēs, spectābat.
3 Helena in hortō ambulābat, cantāns.
4 puellae, in pompā ambulantēs, rosās spargēbant.
5 Clēmēns fēlem sacram in tabernā iacentem invēnit.

Pick out the present participle in each sentence and find the noun which the participle is describing. State whether each noun and participle pair is singular or plural.

fortūna crūdēlis

When you have read this story, answer the questions on page 169.

Barbillus uxōrem fidēlem fīliumque optimum habēbat. Plōtīna, uxor Barbillī, erat fēmina placida, quae domī manēbat contenta. Rūfus, fīlius eōrum, erat iuvenis impiger. ad palaestram cum amīcīs saepe adībat; in dēsertīs equitāre solēbat, bēstiās ferōcissimās agitāns. aliquandō, sīcut aliī iuvenēs, contentiōnēs 5
cum parentibus habēbat. sed parentēs Rūfī eum maximē amābant, et ille eōs.

inter amīcōs Rūfī erat iuvenis Athēniēnsis, nōmine Eupor. hic Eupor ad urbem Alexandrīam vēnerat et medicīnae studēbat. saepissimē domum Barbillī vīsitābat. tandem ad urbem Athēnās 10
rediit, ubi artem medicīnae exercēbat. Eupor mox epistulam scrīpsit, in quā Rūfum parentēsque ad nūptiās suās invītāvit. Rūfus ad Graeciam īre valdē cupiēbat, sed Barbillus nāvigāre timēbat, quod hiems iam appropinquābat. astrologum suum igitur arcessīvit, et sententiam eius rogāvit. astrologus, postquam diū 15
cōgitāvit, Rūfō parentibusque respōnsum dedit.

domī	*at home*	medicīnae: medicīna	*medicine*
eōrum	*their*	studēbat: studēre	*study*
impiger	*lively, energetic*	artem: ars	*art*
aliquandō	*sometimes*	exercēbat: exercēre	*practice,*
maximē	*very much*		*exercise*
Athēniēnsis	*Athenian*	nūptiās: nūptiae	*wedding*
nōmine	*named, by*	respōnsum	*answer*
	name		

"rem perīculōsam suscipitis. lūna Scorpiōnem iam intrat. tūtius est vōbīs domī manēre."

Barbillus et uxor astrologō, quī erat vir doctissimus, libenter crēdidērunt, sed Rūfus rem graviter ferēbat. ubi Barbillus aberat, *20* Rūfus saepe ad mātrem ībat, patrem dēplōrāns:

"pater stultissimus est, quod astrologō crēdit. astrologī nōn sunt nautae. nihil dē arte nāvigandī sciunt."

itaque Rūfus Plōtīnae persuāsit, sed patrī persuādēre nōn poterat. Barbillus obstinātus nāvigāre nōluit. Rūfus igitur et *25* Plōtīna Barbillum domī relīquērunt, et ad Graeciam nāvigābant. ubi tamen nāvis, quae eōs vehēbat, Graeciae appropinquābat, ingēns tempestās eam obruit. Rūfus ad lītus natāre poterat, sed Plōtīna, quam Barbillus valdē amābat, in magnīs undīs periit.

ubi Barbillus dē naufragiō, in quō uxor perierat, audīvit, *30* maximē commōtus erat. fīlium iterum vidēre nōlēbat. Rūfus, quamquam domum redīre volēbat, patrī pārēbat. in Graeciā diū manēbat; sed tandem iter in Britanniam fēcit, ubi in exercitū Rōmānō mīlitāvit.

Scorpiōnem: Scorpiō	*the Scorpion (sign of the zodiac)*
tūtius est	*it would be safer*
nāvigandī	*of sailing*
vehēbat: vehere	*carry*
tempestās	*storm*
obruit: obruere	*overwhelm*
commōtus	*upset, distressed*
pārēbat: pārēre	*obey*
exercitū: exercitus	*army*

Questions

1 Give three details we are told about Plotina's character.
2 Give two reasons why Rufus could be called **iuvenis impiger**.
3 What kind of a relationship did Rufus have with his parents?
4 What was Eupor doing in Alexandria?
5 When did Eupor write his letter? What did the letter contain?
6 Why did Barbillus ask for the opinion of his astrologer?
7 What was the astrologer's reply?
8 **Rūfus rem graviter ferēbat**. Why do you think Rufus was upset? What did he do? What success did he have?
9 What happened when the ship was approaching Greece? What happened to Rufus and Plotina?
10 Why did Rufus not return home? What did he do after leaving Greece?
11 Rufus said, **"pater stultissimus est, quod astrologō crēdit."** From what has happened to Barbillus and his family since that comment was made, do you think Rufus was right? Give a reason for your answer.

Plotina and Rufus would have sailed in a cargo ship like this one. There were no ships that carried only passengers in the Roman world.

About the Language II:
Personal Pronouns

A You have now met various forms of the Latin word for "him," "her," "it," "them," etc.

Clēmēns officīnam intrāvit. Eutychus **eum** salūtāvit.
*Clemens entered the workshop. Eutychus greeted **him**.*

servī ingentēs erant. Clēmēns tamen **eōs** neglēxit.
*The slaves were huge. However, Clemens ignored **them**.*

Barbillus mē ad cēnam invītāvit. ego ad vīllam **eius** contendī.
*Barbillus invited me to dinner. I hurried to **his** house.*

operae celeriter convēnērunt. Eutychus **eīs** fūstēs trādidit.
*The thugs assembled quickly. Eutychus handed out clubs **to them**.*

B Here is a complete chart of the forms:

	SINGULAR			PLURAL		
	masculine	*feminine*	*neuter*	*masculine*	*feminine*	*neuter*
nominative	is	ea	id	eī	eae	ea
genitive	eius	eius	eius	eōrum	eārum	eōrum
dative	eī	eī	eī	eīs	eīs	eīs
accusative	eum	eam	id	eōs	eās	ea
ablative	eō	eā	eō	eīs	eīs	eīs

C Further examples:

1 Barbillus in cubiculō iacēbat. Quīntus eī vīnum dedit.
2 Galatēa marītum vituperābat. tōta turba eam audīvit.
3 puellae suāviter cantābant. Aristō vōcēs eārum laudāvit.
4 ubi Petrō advēnit, Phormiō eum ad cubiculum dūxit.
5 Rūfus, postquam epistulam accēpit, eam lēgit.
6 Plancus, ubi templō appropinquāvimus, dē eō garrīre coepit.
7 carmina spectātōrēs dēlectābant. omnēs ea magnō cum gaudiō audiēbant.
8 locum optimum nōvimus unde pompam spectāre possumus. servus eum servat.

astrologus victor

astrologus, quī in vīllā Barbillī habitābat, erat vir ingeniī prāvī. astrologus et Petrō inimīcī erant. astrologus Syrius, medicus Graecus erat. Petrō artem medicīnae in urbe diū exercuerat. multī Alexandrīnī, quōs Petrō sānāverat, artem eius laudābant.

astrologus tamen in vīllā Barbillī habitābat, Petrō in urbe 5
Alexandrīā. facile igitur erat astrologō Barbillum vīsitāre. ad cubiculum, in quō dominus aeger iacēbat, saepe veniēbat. ubi Petrō aberat, astrologus in aurem dominī susurrābat.

"in perīculō maximō es, domine. Petrō medicus pessimus est. paucōs sānāvit. multōs aegrōs ad mortem mīsit. num Petrōnī 10
cōnfīdis? Petrō est vir avārissimus; nēmō est avārior quam ille. pecūniam tuam cupit. necesse est tibi eum ē vīllā expellere."

Barbillus astrologum anxius audīvit. sed, quamquam dolor cotīdiē ingravēscēbat, medicō etiam nunc crēdēbat. ubi medicum expellere Barbillus nōlēbat, astrologus cōnsilium cēpit. in 15
cubiculum dominī māne irrūpit, clāmāns,

"domine! tibi nūntium optimum ferō. tē sānāre possum! dea Īsis, quae precēs meās semper audit, noctū somnium ad mē mīsit. in somniō per viās urbis Alexandrīae ambulābam. subitō puerum vīdī in triviīs stantem. puer erat servus tuus, quem Aegyptiī in 20
tumultū necāvērunt. mihi dē medicāmentō exquīsītissimō nārrāvit."

Barbillus, ubi hoc audīvit, astrologō sē tōtum trādidit. ille igitur, postquam medicāmentum composuit, umerum dominī aperuit et ūnxit. sed medicāmentum astrologī pessimum erat. ingravēscēbat 25
vulnus Barbillī.

|	
vir ingeniī prāvī	*a man of evil character*
dolor	*pain*
ingravēscēbat: ingravēscere	*grow worse*
nūntium: nūntius	*news, message*
noctū	*by night*
somnium	*dream*
medicāmentō: medicāmentum	*ointment*
exquīsītissimō: exquīsītus	*special*
composuit: compōnere	*put together, mix, make up*
ūnxit: unguere	*anoint, smear*

astrologus, ubi hoc sēnsit, ē vīllā fūgit perterritus. Barbillus, dē vītā suā dēspērāns, mē ad cubiculum arcessīvit.

"mī Quīnte," inquit, in aurem susurrāns, "nōlī lacrimāre! moritūrus sum. id plānē intellegō. necesse est omnibus mortem *30* obīre. hoc ūnum ā tē postulō. fīlium meum in Britanniā quaere! refer eī hanc epistulam! ubi Rūfum ē vīllā expulī īrātus, eī magnam iniūriam intulī. nunc tandem veniam ā Rūfō petō."

ubi hoc audīvī, Petrōnem arcessere volēbam, sed Barbillus obstinātus recūsābat. arcessīvī tamen illum. sed ubi advēnit, *35* Barbillus iam mortuus erat.

obīre	*meet*
refer: referre	*carry, deliver*
iniūriam intulī:	*do an injustice (to),*
iniūriam īnferre	*bring injury*

A letter from Alexandria, written in Greek on papyrus in the first century A.D.

Study the following document, and then answer the questions at the end.

testāmentum

ego Tiberium Claudium Rufum heredem meum facio. si Rufus, filius meus, mortuus est, ego Quintum Caecilium Iucundum heredem meum facio. do, lego Quinto Caecilio Iucundo, amico meo, praedium meum, quod prope Nilum situm est.

   Marcum et Philadelphum, servos meos, libero, quod mihi fideliter servierunt. do, lego Marco viginti aureos, Philadelpho quindecim. Annam, quae ornatrix uxoris meae erat, libero, quod uxori meae bene serviebat. ceteris servis, qui in villa mea plus quam quinque annos habitaverunt, novas tunicas do.

   do, lego Helenae, filiae Aristonis et Galateae, gemmas quas a mercatore Arabi emi. Aristoni, patri Helenae, tragoedias quas ipse mihi scripsit reddo. Aristo amicus optimus, poeta pessimus est.

Phormioni, vilico meo, qui me adiuvit, postquam iste servus me vulneravit, libertatem do. Petroni medico, qui me sanare temptavit, quingentos aureos lego. Petro medicus optimus est, ego vir stultissimus. scelesto astrologo, qui mihi mortem intulit, neque libertatem neque quidquam aliud do. necesse est Quinto, amico meo, eum punire.

mando Quinto Caecilio Iucundo curam funeris mei. Quintum iubeo monumentum mihi ponere.

Tiberius Claudius Barbillus signavit.

testāmentum	*will*	**mortem intulit:**	*bring death*
hērēdem: hērēs	*heir*	**mortem īnferre**	*(upon)*
sī	*if*	**quidquam aliud**	*anything else*
dō, lēgō	*I give and bequeath*	**mandō: mandāre**	*entrust*
fidēliter	*faithfully*	**fūneris: fūnus**	*funeral*
serviērunt: servīre	*serve (as a slave)*	**signāvit: signāre**	*sign, seal*
plūs	*more*		
quīngentōs:			
quīngentī	*five hundred*		

Questions

1 Who is Barbillus' heir?
2 What is to happen if the heir chosen by Barbillus is dead?
3 What legacy does Barbillus leave to Quintus?
4 What instructions does Barbillus give about each of his slaves?
5 What does Barbillus leave to Helena?
6 What does he leave to Aristo?
   What is Barbillus' opinion of Aristo?
7 Barbillus mentions three people besides Quintus who took care of him when he was ill. What does he give to each of them?
8 In his will, Barbillus asks Quintus to do three things. What are they?
9 Barbillus leaves nothing to Aristo's wife. Suggest possible reasons for this.
10 Judging from this will, what sort of person do you think Barbillus was?

Practicing the Language

A Complete each sentence with the correct form of the participle. Then translate the sentence.

1 Barbillus, dē vītā (dēspērāns, dēspērantēs), Quīntum arcessīvit.
2 Quīntus lībertum in tabernā (labōrāns, labōrantem) invēnit.
3 sacerdōtēs, prō templō (stāns, stantēs), silentium poposcērunt.
4 hippopotamum (adveniēns, advenientem) nōn cōnspexī.
5 Aegyptiī per viās cucurrērunt, magnum clāmōrem (tollēns, tollentēs).
6 Clēmēns tabernāriōs ā latrōnibus (fugiēns, fugientēs) vīdit.
7 puer mortuus dēcidit, dominum (dēfendēns, dēfendentem, dēfendentēs).
8 Aristō iuvenēs versum scurrīlem (recitāns, recitantem, recitantēs) audīvit.

B Use the **is**, **ea**, **id** chart on page 170, and substitute the correct form of this pronoun for the words in boldface. You may need to check the gender of the words in the Complete Vocabulary. Then translate each sentence.

1 Phormiō Petrōnem bene nōverat. **Petrōnem** in urbe quaesīvit.
2 in dēsertīs erant bēstiae ferōcēs. Rūfus **bēstiās** agitāre solēbat.
3 astrologus medicāmentum composuit. **medicāmentum** in vulnus Barbillī collocāvit.
4 poēta versūs scurrīlēs scrīpsit. **versūs** amīcō dedit.
5 "nōlīte nāvigāre!" inquit astrologus. Barbillus Plōtīnaque **astrologō** crēdidērunt.
6 Clēmēns ōrnāmenta vitrea in tabernā vēndēbat. in templō Īsidis **ōrnāmenta** saepe cōnsecrābat.
7 Barbillus Quīntō servum dedit. Quīntus cum **servō** tabernam Clēmentis petēbat.
8 sacerdōtēs Īsidem per viās portābant. Galatēa stolam **Īsidis** laudāvit.

C Translate into English:

Narcissus

Aristō: Galatēa! fortūna nōbīs favet! iuvenis Narcissus,
quem herī vīdimus, Helenae dōnum mīsit. dōnum,
quod iuvenis mīsit, pretiōsissimum est. dōnum mihi
quoque mīsit. iuvenis Narcissus Helenam nostram
amat.   5

Galatēa: quid dīcis, asine? iuvenis, quī prope nōs stābat, fīliae
nostrae dōnum mīsit? ēheu! marītum habeō, quī nihil
intellegit. Narcissus humilis est. māter Narcissī est
Aegyptia.

Aristō: fēminam, quam vituperās, nōn nōvī. sed Narcissum   10
bene nōvī. iuvenis optimus est, quem omnēs laudant.

Galatēa: sed pater Narcissī est caupō. taberna, quam tenet,
sordida est. vīnum, quod vēndit, pessimum est.

Aristō: tabernam patris nōn floccī faciō. Narcissus ipse
probus et benignus est. iuvenis etiam līberālis est.   15
dōnum, quod mihi mīsit, libellus est. (*Aristō libellum
īnspicere incipit.*) ēheu! Narcissus poēta est. suōs
versūs scurrīlēs mihi mīsit.

Galatēa: fortūna nōbīs favet! nunc marītus meus illī iuvenī
Helenam dare nōn vult.   20

humilis	*low-born, of low class*
libellus	*little book*
incipit: incipere	*begin*

Write out the relative clauses in this
story and state the noun which each
relative clause describes.

Medicine and Science

Soon after its foundation, Alexandria became famous as a center of science and learning. The Museum and its Library, which were set up and financed by the Greek rulers of Egypt, attracted intelligent scholars from all over the Greek world, both to learn and to teach. They quickly began to make discoveries in all the sciences, including medicine. A good beginning had already been made in medicine by the Greek Hippocrates, who had attempted to remove magic

A seal stone carved with a picture of a doctor examining a patient, supervised by the god of healing, Aesculapius (left).

and superstition from the treatment of disease by observing his patients' symptoms carefully and trying to discover their causes. Hippocrates, who lived on the island of Cos in the fifth century B.C. and wrote 53 books on medical topics, is rightly regarded as the founder of medical science. He and his followers pledged themselves to high standards of ethical conduct in the famous Hippocratic Oath. Part of it reads as follows:

> Into whatever houses I enter, I will go into them for the benefit of the sick, and I will abstain from every voluntary act of mischief and corruption. Whatever in my professional practice I see or hear, which should not be spoken to others, I will not divulge.

Alexandrian doctors were particularly expert about the inside of the body. This clay model of the intestines and models of other body parts were dedicated to the gods by patients at a healing shrine in Italy.

However, Hippocrates and his Greek followers usually investigated only the surface of the body and not its interior, because the Greeks felt the idea of dissecting a body was disagreeable and perhaps wicked. The Egyptians, with a different attitude to the body, had gained a limited knowledge of anatomy from the dissection necessary for their ancient custom of mummifying corpses. Alexandria was therefore a good place for studying anatomy. In the third century B.C. Herophilus, the most famous Alexandrian anatomist, performed the first recorded public dissection on a human corpse. He gave a detailed description of the brain, and explained the differences between tendons and nerves, and arteries and veins. He even described the optic nerve and the eye, including the retina. He also measured the frequency of the pulse and used this to diagnose fever. Like earlier doctors, he laid great stress on the importance of hygiene, diet, exercise, and bathing.

In addition to general advice of this kind, an experienced doctor of the first century A.D. would treat minor ailments with medicine which he prepared himself. The juice of the wild poppy, which contains opium, was used to relieve pain. Unwashed sheep's wool, containing lanolin, was often applied to wounds and swellings to soothe the irritation. Many prescriptions, however, would have been useless. For example, one account of the treatment of chilblains begins: "In the first place the chilblains are to be bathed thoroughly with boiled turnips…" Any benefit felt by the patient would be due not to the turnips, but to the heat of the turnips or the patient's own belief that the treatment would be effective.

Some prescriptions are rather alarming, such as this for severe toothache: "When a tooth decays, there is no great need to remove it, but if the pain compels its removal, a peppercorn or an ivy berry should be inserted into the cavity of the tooth, which will then split and fall out in bits."

Minor surgery was regularly practiced: "Tonsils are covered by a thin layer of skin. If they become hardened after inflammation, they should be scratched round with a finger

A set of medical instruments carved on the walls of an Egyptian temple about 25 years after Quintus' visit to Alexandria. In the third row, notice the scales for weighing medicines, and the forceps (see page 179). The upside-down cups at the bottom left were used to draw off blood (see page 178).

and drawn out. If they cannot be drawn out in this way they should be gripped with a hook and cut out with a scalpel. The hollow should then be swilled out with vinegar and the wound smeared with something to check the blood."

Fractures and wounds presented greater problems. Nevertheless, doctors were able to make incisions, tie veins and arteries, reset broken bones with splints, and stitch up wounds. Difficult or very delicate operations were sometimes attempted, such as operations on the eye to relieve cataracts. Amputation of limbs was undertaken only as a last resort.

Like Petro in the story on pages 164–165, Greek doctors insisted on high standards of cleanliness to reduce the risk of infection. Although the Romans made few advances over the medical knowledge they adopted from the Egyptians and Greeks, they did make vast improvements in the field of sanitation. Aqueducts, sewers, latrines, and public baths all contributed to the public health. The Romans even organized a medical service for their army. Although the quality of medical treatment in the ancient world would naturally vary considerably from one doctor to another, it is probably true that the standards of the best doctors were not improved upon in western Europe until about a hundred and fifty years ago.

The Museum was also famous for the study of mathematics. Euclid, who worked at Alexandria in the third century B.C., wrote a book known as the *Elements*, in which he summarized all previous knowledge of geometry; it continued to be used as a school textbook almost down to the present day. In applying the mathematical knowledge to the world around them, the Greeks at Alexandria reached some very accurate conclusions. For example, Eratosthenes calculated that the circumference of the Earth was 24,662 miles (39,459 km); this is remarkably close to the true figure of 24,860 miles (40,008 km).

Astronomy, which had begun in Babylonia and ancient Egypt, was developed further at Alexandria. There the first attempts were made to calculate the distances between the Earth and the Sun, and between the Earth and the Moon. The idea was also put forward that the Earth was round, rotated on its axis, and, with the other planets, circled the Sun. After the end of the western Roman Empire in the fifth century A.D., this

The bronze cup was heated and its mouth was applied to a patch of skin whose surface had been cut or crushed; as the air in the cup cooled, blood was gently sucked out.

Above left: *A Roman doctor had a wide range of instruments at his disposal.*
Above right top: *A saw for cutting through bone.* **Above right bottom:** *A stamp for labeling cakes of eye ointment and a plaster cast of the impressions of the four sides.*

idea was forgotten until Copernicus rediscovered it in the 1500s. It is remarkable that Alexandrian astronomers devised their theories and made their calculations without the aid of telescopes or other accurate instruments.

The pseudo-science of astrology was developed by the Chaldeans, a priestly caste from Babylonia, as early as 3000 B.C. The Chaldeans, like the **astrologus** in our stories, believed that the positions and movements of the Sun, Moon, and planets affected or represented events on Earth and that observers of these astronomical bodies could therefore forecast earthly happenings. This pseudo-science spread to Egypt where even some Alexandrian astronomers, such as Hipparchus and Ptolemy, believed in it. By the time of our stories, astrology had believers in every level of Roman society.

The scholars at Alexandria also designed a wide range of engineering devices. Hero of Alexandria, for example, made the first recorded waterclock. He also invented the first steam turbine, in the form of a toy, in which a hollow ball was mounted on two brackets on the lid of a vessel of boiling water. One bracket was hollow and conducted steam from the vessel into the ball. The steam escaped from the ball by means of two bent pipes, thus creating a force which made the ball spin around. He also made a hollow altar, where, when a fire was lit, hot air streamed through four bent pipes to make puppets dance.

Gears, levers, pulleys, pumps, screws, siphons, springs, and valves were widely used throughout the Mediterranean world from the third century on. However, the Alexandrians and Romans did not take advantage of their scientific discoveries to build complicated and

Eratosthenes discovered that at Syene (modern Aswan, Egypt) the sun was directly overhead at noon on the day of the summer solstice so that a vertical stick cast no shadow. At the same time in Alexandria a vertical stick did cast a shadow. Eratosthenes measured the length of the shadow. From this he could calculate the angle A between the sun's rays and the stick. Since the sun's rays are parallel, by simple geometry, angle B is the same size as angle A. Knowing angle B and the distance between Syene and Alexandria, he was able to calculate the circumference of the earth.

Diagram of Eratosthenes' experiment

length of shadow

A

stick

Alexandria

sun's rays

stick

Syene

B

center of the earth

powerful machines for use in industry. Perhaps they felt they had no need for such machines, as they had a large workforce of slaves and free men available; perhaps they regarded trade and manufacturing as less dignified than scientific research and investigation; or perhaps they were prevented from developing industrial machinery by their lack of technical skills, such as the ability to make large metal containers and hold them together with screws and welds. Whatever the reason, some of the discoveries made by the Alexandrians were not put to industrial use until many centuries later.

Part of a papyrus treatise on astronomy, written in Greek at Alexandria in the 2nd century B.C.

Word Study

A Give a derivative from the Latin words below to match each of the definitions.

domus   lūna   novem   persuādēre   relinquere   vulnus

1 to abandon or to give up
2 devoted to the home and household affairs
3 to use reasoning to cause someone to do something
4 originally the ninth month in the Roman calendar
5 insanity or utter foolishness
6 able to be wounded

B Match each word to its antonym (opposite).

1 pessimus   **a** vīta
2 adīre   **b** benignus
3 mors   **c** optimus
4 crūdēlis   **d** stultus
5 doctus   **e** discēdere

C Match the definitions to the nouns.

1 dereliction   **a** enticement or attraction
2 desperation   **b** embarrassment or humiliation
3 indoctrination   **c** a setting free
4 liberation   **d** the teaching of principles or beliefs
5 mortification   **e** an abandoning or a forsaking
6 temptation   **f** recklessness resulting from having little or no hope

Hero's steam turbine.

Stage 20
Vocabulary Checklist

adeō, adīre, adiī — *go up to, approach*
arcessō, arcessere, arcessīvī — *summon, send for*
ars, artis, f. — *art*
auris, auris, f. — *ear*
collocō, collocāre, collocāvī — *place, put*
crūdēlis, crūdēlis, crūdēle — *cruel*
dēnique — *at last, finally*
dēspērō, dēspērāre, dēspērāvī — *despair*
doctus, docta, doctum — *learned, clever*
domus, domūs, f. — *home*
īnferō, īnferre, intulī — *bring in, bring on*
irrumpō, irrumpere, irrūpī — *burst in*
lātus, lāta, lātum — *wide*
līberō, līberāre, līberāvī — *free, set free*
lūna, lūnae, f. — *moon*
mors, mortis, f. — *death*
oculus, oculī, m. — *eye*
persuādeō, persuādēre, persuāsī
  (+ DAT) — *persuade*
pessimus, pessima, pessimum — *very bad, worst*
precēs, precum, f. pl. — *prayers*
relinquō, relinquere, relīquī — *leave*
remedium, remediī, n. — *cure*
sermō, sermōnis, m. — *conversation*
sīcut — *like*
tam — *so*
temptō, temptāre, temptāvī — *try*
vulnus, vulneris, n. — *wound*

ūnus, ūna, ūnum	*one*	octō	*eight*
duo, duae, duo	*two*	novem	*nine*
trēs, trēs, tria	*three*	decem	*ten*
quattuor	*four*	vīgintī	*twenty*
quīnque	*five*	trīgintā	*thirty*
sex	*six*	quadrāgintā	*forty*
septem	*seven*	quīnquāgintā	*fifty*

LANGUAGE
INFORMATION

Contents

Part One: About the Language

Nouns

gender	first declension f.	second declension m.	m.	n.	third declension m.
SINGULAR					
nominative and *vocative*	puella	servus (*voc.* serve)	faber	templum	leō
genitive	puellae	servī	fabrī	templī	leōnis
dative	puellae	servō	fabrō	templō	leōnī
accusative	puellam	servum	fabrum	templum	leōnem
ablative	puellā	servō	fabrō	templō	leōne
PLURAL					
nominative and *vocative*	puellae	servī	fabrī	templa	leōnēs
genitive	puellārum	servōrum	fabrōrum	templōrum	leōnum
dative	puellīs	servīs	fabrīs	templīs	leōnibus
accusative	puellās	servōs	fabrōs	templa	leōnēs
ablative	puellīs	servīs	fabrīs	templīs	leōnibus

B For all declensions except the 2nd, the vocative singular is the same as the nominative singular. This is also true for 2nd declension neuter nouns (e.g. **templum**) and 2nd declension nouns ending in **-r** (e.g. **puer**, **vir**). 2nd declension nouns ending in **-us** form their vocative like **servus** (e.g. **domine**, **Marce**). 2nd declension nouns ending in **-ius** drop the ending completely in the vocative (e.g. **fīlī**, **Salvī**).

C 1st declension nouns like **puella** and **via** are usually feminine. 2nd declension nouns are usually either masculine like **servus**, or neuter like **templum**.
3rd declension nouns may be either masculine like **leō**, or

f.	m.f.	n.	n.	fourth declension m.	fifth declension f.	gender
						SINGULAR
vōx	cīvis	nōmen	mare	portus	rēs	*nominative* and *vocative*
vōcis	cīvis	nōminis	maris	portūs	reī	*genitive*
vōcī	cīvī	nōminī	marī	portuī	reī	*dative*
vōcem	cīvem	nōmen	mare	portum	rem	*accusative*
vōce	cīve	nōmine	marī	portū	rē	*ablative*
						PLURAL
vōcēs	cīvēs	nōmina	maria	portūs	rēs	*nominative* and *vocative*
vōcum	cīvium	nōminum	marium	portuum	rērum	*genitive*
vōcibus	cīvibus	nōminibus	maribus	portibus	rēbus	*dative*
vōces	cīvēs	nōmina	maria	portūs	rēs	*accusative*
vōcibus	cīvibus	nōminibus	maribus	portibus	rēbus	*ablative*

feminine like **vōx**, or neuter like **nōmen**.
4th declension nouns like **portus** are usually masculine.
5th declension nouns like **rēs** are usually feminine.

D Translate each sentence, then change the words in boldface from the singular to the plural, and translate again. Notice that in these examples two words in each sentence have to be changed.

For example: **agricola** in fundō **labōrābat**.
*The **farmer was working** on the farm.*
This becomes: **agricolae** in fundō **labōrābant**.
*The **farmers were working** on the farm.*

1 **servus** ferrum ē terrā **effodiēbat**.

2 **faber** ad āream celeriter **currēbat**.

3 **rēs erat perīculōsa**.

4 **centuriō** fūrem ferōciter **pulsābat**.

5 **tumultus** plūrimōs Alexandrīnōs **terrēbat**.

6 **domina** coquum in culīnā **exspectābat**.

7 **flūmen** prope praedium Barbillī **fluēbat**.

8 **hospes** cibum **gustābat**.

9 **sonitus** fēminārum Graecārum iuvenēs **vexābat**.

10 **custōs** servōs **spectābat**.

E Translate the following sentences, then change their meaning by turning each nominative into an accusative, *and* each accusative into a nominative, and then translate again.

> For example: dominus ancillās salūtāvit.
> *The master greeted the slave-girls.*
> This becomes: ancillae dominum salūtāvērunt.
> *The slave-girls greeted the master.*

Notice that in some sentences, as in the example above, you will have to change the verb from singular to plural or from plural to singular.

1 puerī leōnēs audīvērunt.

2 Belimicus ursam cōnspexit.

3 barbarī mīlitēs necāvērunt.

4 rēx cīvēs laudāvit.

5 agmen Salvium impedīvit.

6 fēminae mercātōrem vīsitāvērunt.

7 mātrōnam pictor spectāvit.

8 Rōmānōs Britannī interfēcērunt.

9 plaustrum amphorās cēlāvit.

10 imperātor mīlitēs honōrāvit.

F Translate the following sentences, which contain examples of the dative case. Be careful to distinguish between singular and plural forms.

1 imperātor lībertīs et cīvibus spectāculum dedit.

2 Salvius vīlicō et agricolae canem ostendit.

3 puer iuvenibus et senī rem nārrāvit.

4 ancillae mercātōrī et mīlitibus triclīnium parāvērunt.

5 coquus dominō et amīcīs respondit.

6 nūntius cīvī et nautae crēdēbat.

7 tabernāriī impetuī operārum resistere nōn poterant.

8 medicus prāvus rēgī prīncipibusque mortem intulit.

9 Belimicus, gubernātor Cantiacus, saxīs appropinquāvit.

10 quis huic aedificiō praeest?

G In Latin, dative forms often appear with verbs of "giving," "showing," and "telling" (e.g. above, **dedit**, **ostendit**, and **nārrāvit**). What other kinds of verbs with the dative are illustrated in the sentences above?

H Translate the following sentences which contain examples of the ablative case.

1 vīlla Barbillī longē ā portū abest.

2 fēlēs sub mēnsā sedēbat.

3 prō officīnā Eutychī stābant quattuor servī ingentēs.

4 mercātor Arabs sōlus erat in dēsertīs, sine aquā, sine servīs.

5 Holcōnius dē hīs rēbus nihil cūrāvit.

6 Rūfilla ē cubiculō currit, lacrimāns. in vīllā rūsticā sine amīcīs habitāre nōn vult.

7 aquila ex effigiē ēvolāvit.

8 flōrēs dē manibus ancillae cecidērunt.

I Translate the following sentences which contain examples of the genitive case.

1 puer ad tabernam Clēmentis cucurrit.

2 spectātōrēs clāmābant, sed rēx clāmōrēs spectātōrum nōn audīvit.

3 iuvenis vōcem fēminae laudāvit.

4 Quīntus, quī prope nāvem stābat, vōcēs nautārum audīvit.

5 Īsis erat dea Aegyptia. sacerdōtēs ad templum deae cotīdiē ībant.

6 magna multitūdō mīlitum in viā nōbīs obstābat.

7 in vīllā amīcī meī saepe cēnābam.

8 clāmōrēs puerōrum senem vexābant.

9 prīncipēs ad aulam rēgis quam celerrimē contendērunt.

10 umerus fabrī erat sordidus.

11 mīlitēs quī appropinquābant vōcēs cīvium audīre poterant.

12 praesidium exercitūs recūsāre nōlumus.

13 servus īram cīvium sentiēbat.

14 omnium diērum hic est optimus.

15 spectātōrēs fabrum effigiēī laudāvērunt.

J The following sentences include examples of the cases in the noun tables on pages 186–187. Translate the sentences and then write down the case and number of the nouns in boldface.

1 mercātōrēs Alexandrīnī **nāvēs** spectābant.

2 Clēmēns dōnum pretiōsum **deae** obtulit.

3 **tabernāriī**, operīs resistite!

4 domina stolās novās **ancillīs** dedit.

5 hasta caput **mīlitis** percussit.

6 puerum necāvērunt **Aegyptiī**.

7 Augustus illud **templum** aedificāvit.

8 vōcēs **prīncipum** in aulā audīvimus.

9 "**mī fīlī**," inquit pater, "nōlī ad Graeciam nāvigāre!"

10 spectātōrēs, quī in lītore stābant, **certāmen** nāvāle spectābant.

11 puellae rosās in **manibus** tenēbant.

12 Cogidubnus dē **sonitū mīrābilī** audīvit.

13 **nōmina** deōrum scīmus.

14 hospitēs **pōcula** sustulērunt.

15 vīlicus in **horreum** contendit.

K Using the table of nouns on pages 186–187, complete these sentences by filling in the endings, and then translate.
For example:
mercātor in viā stābat. amīcī mercātor … salūtāvērunt.
mercātor in viā stābat. amīcī **mercātōrem** salūtāvērunt.
A merchant was standing in the street. The friends greeted the merchant.

1 puella stolam habēbat. stola puell… erat splendidissima.

2 servus leōn… in silvā vīdit. leō dormiēbat.

3 puellae tabernam intrāvērunt. mercātor puell… multās stolās ostendit.

4 cīvēs rēgem laudāvērunt, quod rēx cīv… magnum spectāculum dederat.

5 multī cīvēs in casīs habitābant. casae cīv… erant sordidae.

6 puer perterritus ad templum cucurrit et iānuam templ… pulsāvit.

7 rē …, quī in aulā sedēbat, tubam audīvit.

8 Salvius puer…, quī amphorās portābant, vehementer vituperāvit.

9 "quam raucī," inquit Galatēa, "sunt sonit… tubārum!"

10 Rūfus, postquam ē Graeciā discessit, in exercit… Rōmānō mīlitābat.

11 vitrīāriī ōllās per tōtum di… faciēbant.

12 pavīment…, quod Marcia lavābat, erat nitidum.

13 Quīntus, postquam vīllās in Campāniā vēndidit, multa itiner… faciēbat.

Adjectives

A An adjective changes its endings to agree with the noun it describes in three ways: case, number, and gender.

B Most adjectives in Latin belong either to the 1st and 2nd declension or to the 3rd declension. The adjective **bonus** "good" is one that belongs to the 1st and 2nd declension:

	SINGULAR			PLURAL		
	masculine	*feminine*	*neuter*	*masculine*	*feminine*	*neuter*
nominative and *vocative*	bonus (*voc.* bone)	bona	bonum	bonī	bonae	bona
genitive	bonī	bonae	bonī	bonōrum	bonārum	bonōrum
dative	bonō	bonae	bonō	bonīs	bonīs	bonīs
accusative	bonum	bonam	bonum	bonōs	bonōs	bona
ablative	bonō	bonā	bonō	bonīs	bonīs	bonīs

Compare the endings of **bonus** with those of the 1st and 2nd declension nouns **servus**, **puella**, and **templum** listed on page 186.

C The adjective **fortis** "brave" is one that belongs to the 3rd declension:

	SINGULAR			PLURAL		
	masculine	*feminine*	*neuter*	*masculine*	*feminine*	*neuter*
nominative and *vocative*	fortis	fortis	forte	fortēs	fortēs	fortia
genitive	fortis	fortis	fortis	fortium	fortium	fortium
dative	fortī	fortī	fortī	fortibus	fortibus	fortibus
accusative	fortem	fortem	forte	fortēs	fortēs	fortia
ablative	fortī	fortī	fortī	fortibus	fortibus	fortibus

Compare the endings of **fortis** with those of the 3rd declension nouns **vōx**, **cīvis** and **mare** listed on page 187.

D With the help of sections B and C, find the correct form of **bonus** or **fortis** to agree with the noun in boldface, and then translate the sentences.

1 mercātor **fīliam** ..... laudāvit. (bonus)

2 rēx **mīlitēs** ..... salūtāvit. (fortis)

3 **hominēs** ..... dīligenter labōrābant. (bonus)

4 scrībe librum dē ..... **rēbus**! (bonus)

5 **fēmina** ..... hostī restitit. (fortis)

6 dominus **puerīs** ..... praemium dedit. (fortis)

7 fabrī effigiem **imperātōris** ..... fēcērunt. (bonus)

8 prīnceps **cīvium** ..... est vulnerātus. (fortis)

9 pater **uxōrī** ..... pecūniam lēgāvit. (bonus)

10 Quīntus **cōnsilia** ..... cēpit. (bonus)

Comparison of Adjectives

A Most adjectives have a positive, a comparative, and a superlative degree (form). Study the formation and the meaning for each of the following:

positive	comparative	superlative
longus (*gen.* longī) *long*	longior *longer*	longissimus *very long, longest*
pulcher (*gen.* pulchrī) *beautiful*	pulchrior *more beautiful*	pulcherrimus *very beautiful, most beautiful*
fortis (*gen.* fortis) *brave*	fortior *braver*	fortissimus *very brave, bravest*
ferōx (*gen.* ferōcis) *fierce*	ferōcior *more fierce*	ferōcissimus *very fierce, fiercest*
facilis (*gen.* facilis) *easy*	facilior *easier*	facillimus *very easy, easiest*

B Like the positive degree, the comparative and superlative forms change their endings to indicate case, number, and gender. (Note that the endings of the comparative adjective are like those of **leō** (masculine and feminine) and **nōmen** (neuter).

nominative: leō **saevissimus** intrāvit.
            *A **very fierce** lion entered.*
accusative: leōnem **saevissimum** interfēcī.
            *I killed a **very fierce** lion.*

singular: Dumnorix est **callidior** quam Belimicus.
            *Dumnorix is **cleverer** than Belimicus.*
plural: Rēgnēnsēs sunt **callidiōrēs** quam Cantiacī.
            *The Regnenses are **cleverer** than the Cantiaci.*

masculine: dominus meus est **īrātissimus**.
            *My master is **very angry**.*
feminine: uxor mea est **īrātissima**.
            *My wife is **very angry**.*

